


Sala R  
Gab.  
Est.  
Tab. 12  
N.º 22

R  
12  
22

v-4-17




PHILIPPO HISPANIARVM. III.

MAXIME POTENTISSIMO. DEI



PORTVCAIIIV. III. ORIENTIS.

ATQ. OCCIDENTIS. ORBIS.



PHILIPPO HISPANIARVM. IIII.

REGI POTENTISSIMO. &c.



PORTVGALLIÆ. III. ORIENTIS,

ATQ. OCCIDENTIS ORBIS



ПРИКАЗЪ МИНИСТЕРСТВА ВЪНШНИХЪ ДѢЛЪ

ПОСЛАНИЕ КЪ ПРАВИТЕЛЬСТВУ СЪЕДИНЕННЫХЪ ШТАТОВЪ

ВЪ СЪВѢЩАНІИ ПРАВИТЕЛЬСТВА



ВЪ МОСКВѢ 1880 ГОДА



RELECTIO  
THEOLOGICA,  
DE SACERDOTIO CHRISTI  
Domini, & vtroq; eius Regno.

CVM COMMENTARIO  
in Orationem Hieremiæ.

AVCTORE

P.F. EMMANUELE DE LA CERDA  
*Lusitano Ulixbonensi Doctore Theologo in Conim-  
bricensi Academia Durandi Cathedra profes-  
sore, & Eremitarum Sancti Augustini  
Lusitana Prouincia  
Visitatore.*



CONIMBRICÆ,  
*Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij.*  
EX OFFICINA NICOLAI CARVALHO  
Vniuersitatis Typographi. Anno  
M. DC. XXV.

REVISTO

THEOLOGICA

DE SACERDOTIO CHRISTI

Dominici & vniuersi eius Regni

CVM COMMENTARIO

in Canonum Historicis

Auctore

FRANCISCO XAVIERO DE VILLANUEVA

Magistro in Theologia & Canonica

in vniuersitate Regia de Alcala

in Hispania

in Regni Castellae

in vniuersitate Regia de Alcala



COMPOSITO

in Regni Castellae

in vniuersitate Regia de Alcala

in Hispania

in Regni Castellae

## Approbationes.

**E**X mandato illustrissimi D. D. Ferdinandi Martins Mascarenhas olim Episcopi Algarbiorum Inquisitoris maximi, prævidi commentarios de Sacerdotio Christi, & de utroq; illius Regno, itemq; Orationem Hieremiæ, religiosissimi, ac sapientissimi Doctoris Fratris Emmanuelis de la Cerda Ordinis Eremitarum Sancti Augustini in Conimbricensi Academia Sacræ Theologiæ professoris; nihil repugnans fidei, aut bonis moribus in illis inueni, imò potius mihi videtur opus mira eruditione Patrum, ac Doctorum, summa cum studij, & ingenij flore decoratum. Et sic vt imprimatur dignissimum intelligo, & omnibus vtilissimum. Datum Conimbricæ in hoc nostro Collegio Diui Antonij. 17. die Octobris. Anni 1624.

Fr. Rodericus à Conceptione.

**E**X mandato illustrissimi D. D. Ferdinandi Martins Mascarenhas olim Episcopi Algarbiorum, nunc vero Inquisitoris maximi, prævidi Cōmentarios de Sacerdotio Christi, & de utroq; illius regno, itemq; orationem Hieremiæ religiosissimi ac sapientissimi Doctoris Fr. Emmanuelis de Lacerda in Conimbricensi Academia sacra Theologia professoris: nihil in eis inueni repugnans fidei aut bonis moribus, imo mihi videntur opus stylo nobilissimum, & mira eruditione Patrum ac Doctorum præstantissimum, ac proinde omnibus vtilissimum & dignissimū vt imprimatur. In Collegio Conimbricensi Societatis Iesu. 2. die Octobris. Anno 1624.

Miguel Tinoco.

Licentia.

**I**uxta approbationes superiores ex nostra commissione  
prestas excudatur.

*Episcop Inquisit. Gener.*

**E**X commissione admodum R. P. Prouincialis F.  
Georgij de Sande perlegi hanc de Christi D. sa-  
cerdotio, & vtroq; eius Regno relectionem, cum Cō-  
mentario in Orationem Hieremiæ, cuius vtriusq; ope-  
ris Auctor est præceptor meus R. P. Magister Fr. Em-  
manuel de la Cerda, est vtrunq; opus adeo illustre, &  
ita Auctoris sui sapit genium, atq; ingenium, vt vtraq;  
Theologia, & speculatrix, & politiuā illum sibi exigat  
iure suo patronum, & nos in vtraq; illum spectare pos-  
simus æqualem, quare dignissimum censeo, quod ex-  
cudatur in communem Academiæ gloriam, & per le-  
gentium vtilitatem. Conimbr. in Collegio S. Mariæ  
de Gratia. 20. die Aprilis, 1624.

Fr. Ioannes de Beja.

**F**rater Georgius de Sande Prior Prouincialis Ordinis  
Eremitarum S. P. N. Augustini in his Lusitania Re-  
gnis facultatem facimus R. P. Magistro Fr. Emmanueli  
de la Cerda Doctori Theologo Conimbricensis Academia  
publico professori, vt Relectionē de Sacerdotio Christi D.  
& vtroq; eius Regno, & dominio, itemq; cōmentarium in  
Orationem Hieremiæ possit prælo cōmittere, & in lucem  
pro communi vtilitate edere, sicut enim accepimus per R.  
P. F. Ioannem de Beja sacra Theologia quondam profes-  
sorem, & nunc sanctæ Inquisitionis Deputatum, cui vtri-  
usq; operis examen commisimus: est vtrunq; opus suo Au-

*ctore*

Licentia.

*Etore dignum, & cunctis, tum Theologia professoribus,  
tum sacri Verbi concionatoribus satis utile. Dat. Vlyssip-  
pone in Conuentu sancte Maria de Gratia. Officij nostri  
sigillo, & subscriptione munitum 16. Martij anno 1624.  
Fr. Georgius de Sande Prouincialis.*

**Q**ue se possa imprimir este liuro, visto as  
licenças do Sancto Officio, & Ordina-  
rio que offerece, & depois de impresso torne  
pera setaxar, & sem isso não corra, a 24. de  
Decembro de 1624.

*Moniz.*

D. de Mello.

**C**oncorda com o original. Em S. Antonio  
da Pedreira, aos 19. de Decembro de  
1624.

Fr. Rodrigo da Conceição.

*Errata sic corrige, Pag. paginam. l. lineam monstrat.*

Pag. 68. C. l. 25. *Cæno*, lege *Cæna*.

Pag. 69. B. l. 18. *abyciant*, obijciant.

Pag. 72. A. l. 1. *ex*, est.

Pag. 110. B. l. 14. 60 49.

Pag. 113. C. l. 25. *communicatum*, communicatam.

Pag. 122. C. l. 26. *cumمني*, communi.

Pag. 128. B. l. 4. *Natbam*, Nathan.

Pag. 139. B. l. 28. *dignitate*, hæreditate.

Pag. 141. B. l. 15. *iudicando*, iudicandi.

Pag. 145. A. l. 6. *sue*, sine.

Pag. 146. B. l. 11. *pramitteret*, permitteret.

¶ Præter hæc in titulis à Cap. III: vsq; ad XIII. lege sicut  
habetur in Summario. pag. 4.

Et quæ in Commentario in Hieremiam acciderunt,  
facile sine indice corrigi possunt.

PHILIPPO  
HISPANIARVM III.  
PORTVGALLIÆ III.

Orientis, atq; Occidentis Orbis Regi  
potentissimo, in supremo Con-  
scientiæ, atq; Ordinum mili-  
tarium Senatu, salutem  
& æternam foeli-  
citatem.



*Cuius* Deus olim Abra-  
hami protectorem ostenderet,  
attestante Moysse. Genes. 15.  
inaeq; illius mercedem locu-  
pletandam felicissimo euentu

Genes. 15.

\*

polliceretur,

polliceretur, clypeum se Abrahami, & scutum futurum praeiudicavit, sic enim ubi nostra Vulgata legit (Ego protector tuus sum) legunt Hebraei: Ego clypeus tuus sum. Et Pagninus: Ego ero scutum tibi. Chaldaeus vero: Verbum meum erit fortitudo tua. Ut enim caput tegit, atque pectus scutum, sic & qui alterum protegit, & clypeum se gerit illius, & scutum, quod dum tangant hostilia tela illaeso pectore fracta retro currant. Dum iam nostra Academia, Rex potentissime, exuta barbarie, quasi è tenebris videlicet felicissimi Regis Ioannis III. manu consurgeret, Palladio fulgens apparatus, bellicisque instructa machinis, nec clypeum satrico inscriptum sanguine, nec Aegidis scutum, sed fortem Lusitanorum Regum manum sibi pro cristata galea, & pro scuto in protectionem adscivit, quae praeter ceteris Orbis Academijs decorata exornata crevit, adolevit, effloruit, & fructus praecoces, & praestantissimos non dico iam intra unius Comimbricensis urbis, ne dum inter angustos Regni Lusitaniae fines, sed in Orbis totius late diffusos terminos, maxima cum Lusitanorum gloria, & non sine exterarum gentium invidia

protelavit.



protelauit. Testatur planè Academia nostra glori-  
am clariorem luce Sol ipse lucis genitor, siue nobis-  
cum occidat, siue apud Antipodas oriatur, ad quos  
quinis Christi trophæis insignita Lusitani imperij  
vexilla, & concionatorum vocibus elata, & Lusitani  
sanguinis splendore purpurata detulit, inter quos ex-  
tulit, & à quibus impia Dæmonum delubra nefa-  
riosq; ritus non minus felici sorte, quam potenti bra-  
chio relegauit, nec ignes metuens bellicos, nec vastos  
aquarum fluctus perhorrescens: pro cymba intran-  
do potuit esse scutum istud, quale illud alterum, quo  
apud Emblematographum se miles ereptum gratula-  
tur (cum premeretq; solo, cum premeretq; salo). Testa-  
bitur non inuita antiquissima, & inter Hispania  
Academias Regina Salmanticensis, quod inter egre-  
gios utriusq; iuris proceres ex hac nostra Conimbri-  
censi Academia sibi primarios, & vesperarios, utrosq;  
tamen primos, cum tamen illa primis adhuc annis  
balbusiret, & cum emolumento suo, & cum gloria  
nostra reportauit. Prætereo sacra Theologia, imo &  
Ecclesia lumina præstantissima Sebastiani Lusita-  
norum fatalis Regis iussu pro causis fidei agendis  
Tridentum missa, quæ plane, siue perorando eloquen-  
tiam spectes, siue differendo argutiam, siue vita san-

Etimonia, & singulari probitate exemplum semper illustre Lusitanum nomen multo illustrius reddiderunt. Quid plura? hoc muneri geris Rex inuictissime, clipeus es, scutumq; Academia nostra, verbum tuum sit fortitudo eius, qua te protectorem veneratur, & suspicit, cumq; non minor sit virtus, quam quarere parta tueri, eadem tibi, quam Reges Lusitani gloria ex prima nostra Academia conditione sub immortalis nomine consecuti sunt, eodem auito maiorum tuorum iure contingit.

Inoleuerat elapsis proximè annis aliquantulum contra veterem Maiorum nostrorum consuetudinem qualiscunq; aut temporum, aut hominum in curia ut praelectiones siue Theologicas, siue Pontificias, aut Civiles semel iam in Gymnasijs traditas iterum publice Academico more ad decurrentis arena periculum, & criticum arguentium magistrorum vnguem Praeceptores nostri desinerent recensere. Hoc mecum tacite perpendens, volensq; pro viribus, ut haec tam commendata à primis Academia parentibus consuetudo renouesceret, obuersatus ante oculos tractationem hanc quam de Sacerdotio Christi Domini, & utroq; eius Regno absolueram in eaq; & Sacerdotalem, & Regiam potestatem contemplatus ille ocissimè mentem

subijt inter ceteros Lusitani Regni Senatus, in quo Regia maiestas ita armata fulget, vt nunquam sacerdotali dignitate destituta compareat.

Quem ergo alium Mecanatem adibit paruus iste libellus, & corpore exiguus, at ex obiecto grandis, & Regia protectione dignus, nisi te Rex inuictissime quem in eo supremo Senatu Regia conscientia, atq; Ordinum militarium sibi in protectorem, clipeum, & scutum iure suo vendicat Academia: in quo cum te & militia magistrum, & conscientia examinatorem geras, (quod extra Lusitaniam nullibi reperitur) pulchre quidem conscientia trutina, & lanci vibratiles in fidei hostes lanceas coniunxisti: sic militia quondam Tingitensis Praefectum maximum huic quoq; militiae praefecisti, sic & Sacelli tui Decanum, sacerdotalisq; ac militaris dignitatis viros praestantissimos in vnum pro Senatu construendo composuisti, vt siue apud sacram Curiam Legatos Regni, apud Orientis imperium Lusitanum Senatores, & iustitiae vindices, apud hanc eandem nostram Academiam Pontificij iuris, & decretorum interpretes siue in Civilibus causis dirimendis iudices, totum hoc Rex potentissime Senatus iste tuus complectatur. Merito ergo ad te in eo confugit nostra de Sacerdotio Christi,

Et utroq[ue] eius Regno tractatio, te enim clypeo, &  
scuto, illis vero coram Catholica Maiestate causam  
nostram agentibus parceret amulis nisi parcant illi.  
Conimb. è Collegio S. Mariae de Gratta. 4. Iunii,  
1623.

Sacram, Casaream, Catholicam Maiestatem,  
Deus nobis, & Ecclesiae suae diu seruet, & cum fa-  
licissimo Regnorum omnium incremento augeat.

D. F. Emmanuel de la Cerda.

PRO.

# CANDIDO

## LECTORI.




**E**N, Candide Lector, & aliud tenue  
quidem nostri laboris præludium,  
interim dum prælum lōgiori operi  
admouetur: nec extra rem veniet,  
imo, si fides promissis habenda sit, iure debita  
vtraq; præfens tractatio, quasi in nostræ lau-  
ræ Conimbricensis ornamētum, cui nullam  
addere licuit Theologicam relectionem: me  
semel ab eo onere tunc iam leuatum, nunc re-  
leua soluto pignore. Relectioni vero de Chri-  
sti D. Sacerdotio breuem in Orationem Hie-  
remiæ commentarium intexuimus, non in-  
concinne, neq; extra chorum, vt arbitror,  
enimvero si euersæ vrbis lachrymæ ante actæ  
gloriæ recordatione accrescunt, effluent liben-  
tius ad sacerdotij, & legis, quam ad tempora-  
lis regiminis Regumq; spoliationem. Imo sa-  
cri verbi concionatoribus gratum nos in hoc

vtroq;

utroq; opere, præsertim vero in prædicto  
Commentario fecisse quisq; non inficiabitur,  
qui ultra breuem, & exactam litteræ inter-  
pretationem Patrum dicta in suum commo-  
dam perpenderit. Id vero (facebimur ingenue)  
extra sententiam nostram aliorum suavis mori-  
gerantes pluribus, non sentiendo cum pau-  
cioribus præstitimus. Tuum ergo est bene-  
vole Lector, ut sedulo legas, & lente corrigas.

VALE.



RELECTIO  
**THEOLOGICA**  
 DE SACERDOTIO

Christi Domini, & vtroq;  
 eius Regno.

*Habita in celeberrima Conimbricensi Academia  
 per Magistrum F. Emmanuelem de la Cerda  
 Eremitam Augustinensem Lusitanum  
 Durandi Cathedra in eadem  
 Academia profes-  
 sorem.*

LIBELLI APLOSIS



NTI QVO, & si ex parte aliqua anti-  
 quato, Academia nostræ more qui maio-  
 ribus Cathedris ( statutorum vox est )  
 præficimur, cogimur maiorum nostro-

A rum

rum consuetudini insistentes tractationes nostras, vt  
 cunque elucubratas, eas postquam semel fuerint audi-  
 toribus traditæ, communi hoc in Lycæo grauissimo  
 in vestro omnium confesso iterum enucleandas, &  
 expungendas inculcare. Fastum plane extitit, vt de  
 supremo Christi Domini Sacerdotio, & vtroque eius  
 Regno in orbem terrarum Regia quoque, & Sacerdo-  
 talis nostra Theologia, si non incipientis anni auspi-  
 cia, sicut erat in votis, ineuntis tamen felicissimum  
 cursum, & retroactæ consuetudinis memoriam tem-  
 porum, si non obliuione sepultam, injurijs tamen la-  
 befactatam, instaurandam felicissimo quoq; omine  
 polliceretur.

Vt ergo quæ præ vnus horæ angustijs, & inuida  
 fugientis arenæ celeritate nedum tangere licuit, vel  
 primis, vt aiunt, prægustare labijs, nunc typis mandata  
 accrescant, & in libellum protelentur, operepre-  
 tium erit rem totam quasi sub mortuo colore effor-  
 mare, vsque dum hinc, & inde, & validis auctorum  
 momentis, & validioribus argumentorum telis ve-  
 ritas ipsa in vnaquaque quæstione suo agitata ordine  
 sub primis iam coloribus ad vitium effigiata exprima-  
 tur.

Erit ergo præsentis actionis scopus versus ille ex  
 Psalm. 109. apud Hebræos 110.

Verf. 6.  
 Psalm. 109.

*Tu es Sacerdos in æternum,  
 Secundum ordinem Melchisedech.*



**A** In quo Psal. David fatidico spiritu Christum Dominum prænuntiat Regem, Sacerdotem, ac Indicem; sicq; ad Patris dexteram collocandum. Iuxta cuius vaticinijs sensum in tres libros nostram hanc disputationem volumus esse distributam, ita vt primus de Christi Domini Sacerdotio agat, secundus circa spirituale ipsius Regnum, tertius tandem circa temporale ipsius dominium, siquod in orbem terrarum habuit, versetur, & in vnoquoque suis distincta capitibus singula dubia pro meritis examinata tradentur. Illud vero **B** animaduersum volumus neque nostri genij esse, neque præsentis instituti, verbosam intexere orationem, aut argumentorum congeriem ex aliorum scriptis translata inculcare, sed quæ opportuniore videbuntur Eaconice adducere, & potius rationum viribus, quam verbis roborare, quod Deus annuat, & pro votis secundet.

**C** LIBER PRIMVS  
DE SACERDOTIO  
Christi Domini.



**V** cuncta, quæ in vnoquoque libro explananda sunt, statim primo in limine ante oculos habeantur, sic etiam in sequentibus disponentur.

S U M M A R I U M.

**Q**uid Sacerdotium sit, & unde dictum.

In omni lege semper sacerdotium, & sacerdotes ex-  
stitisse. cap. 2.

Melchisedech verum ac purum hominem fuisse.  
cap. 3.

De Regno ipsius. cap. 4.

De Sacerdotio ipsius. cap. 5.

Sacrificasse in pane, & vino. cap. 6.

Christum Dominum vere ac proprie fuisse Sacer-  
dotem. cap. 7.

Sacrificium Deo Patri in ara crucis obtulisse.  
cap. 8.

Quid de passionibus martyrum dicendum sit.  
cap. 9.

Christum Dominum in nocte Coena sacrificasse.  
cap. 10.

Secundum quam naturam Christus Dominus di-  
catur verus Sacerdos. cap. 11.

De effectibus Sacerdotij Christi Domini. cap. 12.

Confertur Sacerdotium Christi Domini cum Sa-  
cerdotio Levitico, & Melchisedechiano.  
cap. 13.

A

## CAP. I.

*Quid Sacerdotium sit, & unde dictum?*



**S**ACERDOS à Græca etymologia idem est, atq; sacra faciens, siue sacrificans, aut sacra dans, vt inquit D. Tho. 3. p. q. 22. art. 1. in corp. Et videtur probata Trident. ell. 22. cap. 1. agens specialiter de Sacerdotio Christi Domini, & Apostolorum, vt infra videbimus: Græca autem vox est *ιερεια* indeq; *ιερατης* dicitur qui est Deo consecratus, qualis Sacerdos est, & ab eadem voce auctore apud Budæum Aristotele *ιερατορμα* Sacerdotium dicitur, imo & *uis* atq; *aus* *ιερειον* dicta est. Aliter, & non inconcinne Latina nominis deductio fieri potest, ita vt Sacerdos dicatur, qui sacra dote est insignitus, indeq; habeat quod sit Deo consecratus.

C

**C**Unde iam ex priori nominis, & sacerdotij ratione nonnulla Sacerdotis munera à recentioribus recensentur, quæ ex diuinis litteris collecta ad septem reducuntur. Primum est orare non modo pro se, sed pro populo, ex quo proculdubio Sacerdos habet, quod sit mediator inter Deum, & hominem. Constat Leuit. 9. vbi sic Moyses loquutus est ad Aaron: *Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocaustum, & deprecare pro te, & pro populo, cumq; macraueris hostiam populi, ora pro eis sicut precepit Dominus.* Idemq; passim in eodem cap. & cap. 16. inter alia multa: *Et postquam*

§. 1.  
Sacerdoti  
quid sit.  
D. Thom.  
3. p. q. 22:  
Trident.

§. 2.  
Sacerdotis  
munera  
quæ ex diuinis  
litteris.

Leuit. 9.  
v. 7.

Leuit. 16.  
v. 24.

egressus obtulerit holocaustum suum, ac plebis, rogabit  
tam pro se, quam pro populo. Sicq; ubicunq; aut delicti  
venia, aut maculae emundatio assequenda est, id mu-  
neris Sacerdoti ex lege demadatur. Quod etiam Chri-  
stus Dominus facto suo obseruatum voluit, vt notauit  
Thomas Beauxamis Carmelitanus in sua Harmonia  
Euangelica ad cap. 8. Matthæi, dum Christus Domi-  
nus sanatum leprosum ad Sacerdotem remisit, non so-  
lum quia Leuit. 14. cautum erat, ne leprosus de sua le-  
pra discerneret, sed Sacerdotis iudicio commissus illius  
sententiam sustineret, verum etiam ne eum dicerent  
rapuisse gloriam Sacerdotum, opus quidem impleuit  
ipse, probationem vero permisit illis, quibus etiam de  
signis suis tribuit iudicandi potestatem, ac si diceret;  
tam procul sum, vt vel Moyse videar, vel Sacerdotibus  
repugnare, vt eos, quos ipse curauit, ad iudicium eorum  
remittam. Vnde qui ex fidelium oblationibus viuimus,  
quas illi pro suis peccatis obtulerunt, ex mente D. Gre-  
gorij, si comedimus, & tacemus, eorum proculdubio  
peccata manducamus.

Debet secundo Sacerdos offerre sacra Deo. Sic D. Pau.  
ad Hebr. c. 5. cum precedenti capite Christum Dominum Pontificem  
nostrum magnam ac supremam inculcasset, mediatorque; no-  
strum apud Deum, quasi id ex Pontificis munere ostē-  
dens inquit. *Omnis namq; Pontifex ex hominibus assump-  
tus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad  
Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Sic Le-  
uit. 9. dixerat Moyses Aarōni: *Accede ad Altare, &  
immola pro peccato tuo.* Sive vt legit paraphrastes Chal-  
dæus. *Fac sacrificium, offer holocaustum, & deprecare*

pro

Exod. 29.

Leuit. 11.

Num. 4.

Matth. 8.

Leuit. 14.

9. 3.

2. Sacerdo-  
tis munus.

Hebr. 5.

Leuit. 9.

**A** pro te & pro populo, cumq; mactaueris hostias populi ora pro eo, sicut praecepit Dominus. Quibus verbis continetur utrumq; signatum Sacerdotis munus, nimirum & offerre sacra, & orare tam pro se, quam pro populo, sicq; eodem capite factum legitur, & 29. & 30. Exod. idem traditur. Egregie huius conditionis dignitatem notauit P. August. lib. de Singularitate Clericorum, dicens, & expendens, quantæ ut dignitatis diuinis insistere sacramentis, ne scilicet sacrificia ipsa, quibus exhibet officia seruitutis, Deum ipsum offendant, si ipsi, qui sacrificia offerunt, desides & ignaui habeantur: circa quod vide Guillelmū Parisien. in tract. de penitētia, c. 12. vbi ostendit Sacerdotis curā, & officium ad instar esse medicaris, quod loco citato late prosequitur.

Exod. 29.  
& 30.  
P. August.

**B** Tertio ad Sacerdotem pertinet esse doctorem populi, non quidem vanæ, sed veræ ac solidæ doctrinæ, vnde per Haggæum, cap. 2. dicitur. *Interroga Sacerdotes legem: quod est Doctoris officium; & idem apud Malachiam, cap. 2. habetur, dum Dominus præcipit legis interpretationem requiri à Sacerdotibus; Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirunt de ore eius.* Et Ezechielis 44. dicitur. *Et populum meum docebunt, quid sit inter sanctum & pollutum; mundum, & immundum ostendent eis.* Locum vero Haggæi explicans D Hieronymus apposite, inquit, *Considera Sacerdotum esse officium de lege interrogatos respondere: si Sacerdos est, sciat legem Dei: si ignorat legem Domini, ipse se arguit non esse Sacerdotem Domini: Sacerdotis enim est scire legem, & ad interrogationem respondere de lege.* Hæc D. Hieronymus.

Guillelm.  
Parisiens.  
§. 4.

Ezech. 44.

D. Hiero.

s. 5.

Deut. 20.

Exod. 17.

D. Chryso.  
in cap. 25.  
Matthæi.Nicolaus  
de Lyra.Procopius  
Isai. 9.

Quartum Sacerdotis munus est esse ducem populi Dei, ut illum firmet ac roboret cōtra hostes Dei, eosq; ad dimicandum contra inimicum munit, & suadeat, sicut Deuter. 20. dicitur: *Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem, quàm tu habeas, aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est.* Post quæ verba statim Sacerdotis curæ demandatur, ut loquatur animose ad populum, stans ante aciem, promittensq; ex parte Dei non defuturum contra hostes supernum auxilium. Exemplum non absre desumi potest ex 17. Exod. in Moysè duce populi Israelitici, cuius manibus eleuatis vincebat Israel, sin autem paululum remisisset superabat Amalech; vnde merito D. Chryostomus Sacerdoti de aliorum bonis operibus aureolam concedit, sicut & de proprijs lauream. Interlinealis vero loco supra citato de Sacerdote inquit, *Firmus interritusq; debet confortari in spiritali bello, primus bellaturus pro se, & pro alijs:* & Lyranus hoc ad Sacerdotes spectare docet, qui debent stare animose ante aciem, & populū firmum bonis exhortationibus reddere ad decertandum pro iustitia; Dominus enim est qui docet manus iusti ad præliū, & digitos eius ad bellū: vnde Procopius explicās verba illa cap. 9. Isaia: *Longæus, & honorabilis ipse est caput,* vbi Vatablus legit, senex & autoritate suspiciendus, is est caput, seu honorabilis cultu, ut legit Pagninus; pro capite, siue principio, ut vertunt Septuaginta, legit ille Sacerdotem, quasi Sacerdos sit caput, principium, & dux aliorum.

A

B

C

**A** Quintum officium Sacerdotis parum á precedenti  
 dissimile, est ducere dirigereq; populum ad finem de-  
 stinatum. Vnde dux Hebraicé dicitur qui alijs viam  
 móstrat *tisfar* per *thet*, (hæc est apud nos penuria He-  
 bræorum caracterum, de quo iam conquesti sumus in  
 nostra laurea Conimbricensi, quod cogamur Hebræas  
 voces Latine tantum, non sine detrimento reddere.)  
 Sic Psalmo 103. dicitur: *Herodij domus dux est eorum*,  
 id est, aliarum auicularum, quas Hérodus á maioribus  
 rapacibusq; auibus defendit, & Exod. 13. Vt Dominus  
**B** ostédatur dux populi sui: dicitur de eo, *Dominus autem  
 precedebat eos ad ostendendâ viam, per diem in columna  
 nubis, per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris  
 utroq; tempore.* Ad Sacerdotes autem dixit Iosue, cap. 3.  
*Tollite Arcam fæderis, & precedite populum, seu transite  
 ante populum, vt legit Pagninus, qui iussa complentes  
 tulerunt, & ambulauerunt ante eos.* Dum etiam Israeli-  
 tæ transirent Iordanem, Sacerdotes precedebant po-  
 pulum, diuidentes Iordanem. Grandis plane hæc dig-  
 nitas sacerdotum est, ducere castra Dei, sed (vt inquit  
**D.** Hieronymus: ) *grandis ruina si peccant, latamur ad  
 ascensum, sed timemus ad lapsum: non est tanti gau-  
 dij excelsa tenuisse, quanti maroris de sublimioribus  
 corruisse; nec enim solum pro nostris delictis redde-  
 mus rationem, sed pro omnium quorum abutimur do-  
 nis, & nequaquam sumus de eorum salute solliciti.* Nec  
 solum apud sanctos Patres, sed etiam apud profanos  
 authores ducis officium accurata indiget sollicitudine,  
 comparaturq; æconomio apud Xenophontem. 3. com.  
**C** Sextum officium Sacerdotis est iudicare. Sic Deut.

s. 6.

Exod. 13.

Iosue.

Ezechiel.

lib. 7.

s. 7.

Deut. 17.

17. dicitur. *Si difficile, & ambiguum iudicium apud te esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris varium, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, & quares ab eis: qui indicabunt tibi iudicij veritatem, vnde facies quacunq; dixerint tibi, & docebunt te iuxta legem Domini, & sequeris sententiam eorum, & non declinabis ad dexteram, neq; ad sinistram. Dicitur vero, ad iudicem, qui fuerit illo tempore, id est, ad Pontificem, qui tunc exercuerit officium.* Lyran. hoc

1. Reg. 4.

loco distincta reputat officia Sacerdotis, & iudicis, quanquam in vna, & eadem persona concurrere possint, vt in Heli. 1. Reg. 4. *Verum in spiritualibus iudices ipsi Sacerdotes constituti sunt; nam ad eos dicitur Ezechiel 44. Et cum fuerit controuersia stabunt in iudicij meis, & indicabunt: agitur vero ibi de iudicando inter mundum & immundum, pollutum & sanctum, sicq; Glossa ordinaria ad citatum locum Deut. habet.*

Glossa.

*Sacerdotes Ecclesia Dei constituit, vt iudicia Ecclesiastica secundum potestatem sibi à Deo datam reuerenter agant, & iuste discernant, non ad libitum suum, sed secundum legis decretum, ne suspiciendo personam mutetur sententia;* supra Cathedram enim Moyse federunt Scribæ & Pharisei, de quibus Christus Dominus Matthæi

Matth. 23.

23. inquit. *Omnia quacunq; dixerint vobis seruate & facite, opera autem illorum nolite facere.* Quo circa recte

Iansen.

Iansen. in sua Concordia, ad citatum locum Matthæi, cap. 70. notauit, quod licet huiusmodi Scribæ & Phari-



A  
 tati Sacerdotes essent, & Leuitæ, ad quos legem Dei & iudicia proferre pertinebat, è consulto tamen Christus Dominus eos non sacerdotes, sed Scribas, & Pharisæos nominauit, id enim semper dignitatis Sacerdotio præstitit, vt sub hoc nomine nulquam illos incusarit. Audi ergo Chrysoftom. in citatum locum Matthæi. *Videte ergo quo modo sedeat super Cathedram, quia Cathedra non facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram, non hominem sanctificat locus, sed homo locum: qui bene sederit super Cathedram, honorem accipit ab illa; qui male sederit, iniuriam facit Cathedra: in iudicio enim sedes: si bene vixeris, & docueris, omnium iudex eris, si autem bene docueris & male vixeris, tui solius, nam bene viuendo, & bene docendo, populum instruis quomodo viuere debeat; bene autem docendo, & male viuendo, Deum instruis quomodo debeat te condemnare.* Hæc Chrysoftomus, quæ verba sunt animaduersione dignissima.

B

Sacerdotii  
 dignitas ex  
 facto Christi  
 Dñi.

D. Chryso.

C  
 Septimum Sacerdotis officium pastoris est, curam scilicet de grege sibi cõmissio habere, sollicitèq; de ouibus agere, inuigilare, & si opus fuerit, sicut docuit Christus Dominus, animam pro ouibus ponere: de quo Sacerdotis munere videatur Hugo de Claustro Animæ. lib. 2. & D. Greg. lib. 2. Epistolarum ex registro cap. 24. in princip. & lib. 11. Expositionis Moralis in Iob. cap. 9. in princ. vbi explicans illa verba, cap. 22. *Ducit Sacerdotes inglorios;* refert illa verba Pauli. 1. ad Thesalon. 2. *Quæ enim est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloria? nonne vos ante Dominum?* dicens, *sed cum Sacerdotes vitam discipulorum negli-*

5. 8.

1. ad Thes. 2

gunt,

gunt, & nullum de eorum profectibus ante Dominum fructum ferunt, quid aliud quam inglorij dicuntur, quia ante districtum iudicem gloriam tunc non inueniunt, quam modo in subditorum suorum moribus predicationis studio non exquirunt. His consonant quæ glossa in cap. 17. Prouerb. Non enim tu semper pascendi dominicas oues potestatem habebis, sed aeternam percipies coronam si suo tempore bene paueris.

Prouer. 17.

D. Thom.  
P. August.

Sacerdos  
mediator  
inter Deum,  
& homines

Ragusa.

P. August.

Hæc sunt Sacerdotis officia, quæ bene recentiores ad duo potissimum referunt, orare nimirum, & sacrificare, quod D. Thom. citata q. 22. probat ex sententia & ratione P. Augustini, 10. de Ciuitate Dei. cap. 20. Quoniam ea per se constituunt Sacerdotem, quibus ipse constituitur medius, siue mediator inter Deum, & homines; vnde sub eodem titulo agitur promiscue, & de Christo Domino Sacerdote, & de eodem mediatore: atqui solum orando, & sacrificando constituitur Sacerdos mediator inter Deum, & hominem: ergo per hæc duo per se, & propriè constituitur in officio Sacerdotis. Ad hæc vero cætera facile reducuntur: imo vero, vt bene aduertit Iosephus Ragusa ad citatum locum D. Tho. disput. 19. propriissimum officium Sacerdotis est sacrificare: sicq; P. Augustinus de Christo Domino sacrificante dixit: *Es per hoc Sacerdos est*: per hoc enim munus Sacerdos constituitur mediator inter Deum, & homines: oratio enim, si fiat distincta à sacrificio, potius est annexa sacerdotio, quam illud in suo esse constituens: at vero illi coniuncta adhuc non ita efficax ad impetrandum censetur, sicut sacrificium: tam vero per orationem, quam per sacrificium Sacer-

**A** dos mediator est inter deum & homines, & sic sacrificando, atq; orando sacerdotalem proculdubio munus exequitur. Vnde recte Guillelmus Parisiensis, in Tractatu de Sacramento Ordinis, cap. 5. inquit: *Sacerdos in Altari se gerit ut ministrum, & gestorem alieni negotij, videlicet negotij ipsius Ecclesia, cuius personam, & vicem gerit: & infra: Non prohibemus tamen, quin & suam, & Ecclesia petitionem Deo offerat: licet autem sua non admittatur, Ecclesia tamen petitio rite proposita semper proculdubio exauditur in talibus. Quod confirmari potest ex oratione, qua fiebat supra caprum emissarium in sacrificium pro peccato. Sicut tu eijceris, & longe fis à populo isto, ita fiat de peccatis eorum, vel sicut tu, liber & sanus, & immunis fiat populus iste à peccatis. Eodem modo super vitulum: Sicut tu cremiris, atq; consume- ris, ita consumantur peccata populi istius: Et hoc erat dicere: Imputet Sacerdos capiti capri emissarij peccata populi, ut sicut tu in figura, & significatione super caput tuum portas peccata populi, & exports longe seorsum ab illo, ita faciat Deus in veritate peccata longe seorsum à populo suo. Et re vera fiebat ita, non quidem ex veritate, quam haberet alteruter hircorum, sed omnipotentissima misericordia Dei.* Hæc Guillelmus Parisiensis.

**B**

**C**

Guillelm.  
Parisiens.

Efficacia  
petitionis  
nemine Ec-  
clesia ad  
Deum  
prestata.  
Oratio que  
fiebat in sa-  
crificio pro  
peccato.

Præcedentis vero resolutionis doctrinam egregie probavit Tridentinum citata sess. 22. cap. 1. de Christo Domino dicens: *Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans corpus, & sanguinem sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, quos*

s. 9.  
Cõc. Trid.

tunc noui testamenti Sacerdotes constituebat, ut sumerēt tradidit, & eisde, eorumq; in sacerdotio successoribus ut offerrent praecepit per haec verba: Hoc facite in meam commemorationem, uti semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit. Quibus verbis Concilium aperte Sacerdotem per potestatem ad sacrificandum constitutum declarauit, tanquam per propriissimum effectum sui sacerdotij: sicut etiam docuerat D. Paul<sup>9</sup> ad Hebr. 5. & videtur tradere Iustinus Martyr in dialogo cum Triphone dicens, Deum non accipere sacrificium, nisi de manu Sacerdotis; proindeq; P. August. Epist. 49. & 8. de Ciuit. Dei cap. vltimo Sacerdotium, & sacrificium tanquam duo correlatiua inseparabilia, sicut & in multis alijs locis, perpetuo coniungit.

Hebr. 5.  
Iustinus  
Martyr.  
P. August.  
Sacerdotiū  
& sacrifici-  
um sunt  
correlatiua

## CAP. II.

*In lege natura fuisse Sacerdotium,  
& Sacerdotes.*



IS positis, ut ostendamus in lege naturæ fuisse sacerdotium, sacerdotescq; qui Deum colerent, sacrificiaq; & oblationes ei offerrentes, opus & satis erit ostendere in lege naturæ sacrificia extitisse.

Dicendum ergo est in lege naturæ vera, & propria sacrificia viguisse, quibus Sacerdotes Dei fidem exterius protestarentur, supremam ipsius excellentiam re-

cognoscentes,

**A** cognoscentes, illiq; seruitutem & subiectionem profite-  
**A** tentes. Id vero sic ostenditur, quoniam sacrificium ni-  
 hil est aliud, quam sacrum officium, per actionem ex-  
 ternam innotescens, qua res aliqua eo ipso Deo offer-  
 tur, vt exinde subiectionem & seruitutem erga ipsum  
 profiteamur, supremam ipsius maiestatem recognoscen-  
 tes, & qua internam mentis deuotionem exhibeamus,  
 ipsiq; pro acceptis beneficijs gratias referamus, ipsum  
 etiam per eandem actionem placare studentes, ne de  
 commissis delictis vindictam sumat. Sed hoc totum ne-  
 cessarium fuit in statu naturæ post lapsum: nam Deum  
**B** prædicto modo colere etiam ipsa ratio nobis dictabat,  
**B** & posito peccato similiter satisfaciendum Deo suade-  
 bat: ergo necessarius fuit in ea lege sacrificiorum vsus.

Quod si obijcias cum Soto in 4. dist. 1. q. 2. art. 2.  
 & Michaele de Palat. disp. 2. Ergo etiam in statu in-  
 nocentiæ sacrificia forent; siquidem etiam in eo statu  
 homines supremam dei maiestatem recognoscerent,  
 illiq; subiectionem & seruitutem per externa signa ex-  
 hiberent, beneficiaq; ab ipso acciperent, pro quibus  
**C** gratias agerent: quod tamen non videtur admitten-  
**C** dum, cum sacrificium sit satisfactorium pro peccato,  
 & ex occasione eius, quod tamen in eo statu locum nō  
 haberet, cum in eo peccata non essent, immo omnes  
 homines eiusdem forent religionis, & id recte cognos-  
 cerent, nec indigerent aliquo externo signo, per quod  
 coadunati eandem profiteretur religionem, proindeq;  
 nec sacrificio.

Respondetur tamen sacrificium non tantum esse ex  
 occasione peccati, sed ex ipsa natura & conditione ho-

*Necessitas  
 sacrificiorū  
 in lege na-  
 tura post  
 lapsum.*

*§. 3.  
 Obijcti So-  
 tus. Mich.  
 de Palat.*

*§. 4.  
 Solutio.*

D. Thom.

Quale Sa-  
cerdotium  
fovet in  
statu inno-  
centia.

§. 5.  
Dur.  
Cano.  
D. Tho.

nis: unde ut inquit diuus Thomas. 2. 2. q. 85. sacrificium non est aliquid supra naturam, ipsa enim natura duce & suadente ducuntur homines ad protestandum sub aliquo signo externo, & oblatione, subiectionem & seruitutem deo tanquam supremo domino. Non est tamen negandum, sacerdotium, quod tunc in ea lege foret ratione talis sacrificij, æquiuoce tantum dici posse sacerdotium cum nostro sacerdotio: solum enim tunc Sacerdotes in ea lege instruerent infantes in rebus fidei, & homines ad laudes dei, gratiasq; ipsi agendas, excitarent, non tamen exercerent officium mediatoris inter deum & homines, sicut nunc; nec enim offerrent hostias pro peccatis, sicut modo post lapsum, & in lege scripta obtulerunt.

Aduerte etiam cum durando in 4. dist. 1. q. 2. & Cano in Relectione de Sacramentis, & cum D. Thom. loco supra citato, post lapsum primi parentis semper necessariam fuisse fidem Christi mediatoris, vel explicitam, vel implicitam, quæ fides præsupponebat cognitionem peccati originalis, & necessitatem medicinæ: explicitam quidem in principibus, & capitibus familiarum: implicitam vero in alijs, qui cum suis maioribus eandem fidem signo aliquo externo profiterentur. Quo posito probatur adhuc cõclusio generali quadam ratione. Nã posito peccato, necessario danda erit pro illo medicina: præcipua vero erat satisfactio ad placandum deum per sacrificium Sacerdotis, aliter enim deus præcipuo remedio destitutum relinqueret statum illum. Confirmariq; potest, quoniam gentes omnes nullo alio duce præter naturale lumen semper

A vix sunt sacrificijs, quibus supremum numen colerent, & si contra unitatem Dei multipliciter Deorum sequentes aberrarent. De quo vide Tertul. in Apologetico contra Gentes. cap. 14. à principio ubi elegâter de hoc disserit.

Tertullia

At dices contra hanc resolutionem, neque de hoc constare expresse ex sacra pagina, neque de determinato aliquo ritu, aut cæremonia, qua Sacerdotes in lege naturæ vterentur, quod tamen non ita absconditum maneret si in lege naturæ, & Sacerdotium, & Sacerdotes extitissent.

§. 6.  
Obiectio  
duplex.

B Ad primum tamen dicendum est constare ex diuinis litteris, & Sacerdotium & sacrificia extitisse. Nam Genes. 4. Cain & Abel sacrificia Deo obtulerunt, ex quibus (vt aduersus Iudæos. cap. 5. notauit Tertul.) diuersorum populorum sacrificia iam à primordio mundi dimanarunt. Immo vt notauit Palat. in 4. dist. 1. disp. 2. Cain & Abel sacrificia Deo Patri obtulerunt, eos ad id muneris parente Adamo instruente. Sic & Noe egressus de arca, Genes. 8. erexit, & ædificauit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volatilibus mundis obtulit holocaustum Domino, quod Dominus odoratus est, vnde Vatablus in Scholijs: *Et gratum fuit sacrificium Noe.* De Iob autem, Sacerdotem fuisse in lege naturæ patet cap. 1. cum dicit ad filios: *Cumq; transissent in orbem dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, consurgensq; diluculo offerebat holocausta pro singulis, dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei in cordibus suis, & benedixerint Deo. Sic faciebat Iob cunctis diebus.* Vbi aduerte, Deo

§. 7.  
Solutio ad  
primum.  
Tertul.

Palat.  
Adamus  
Cain &  
Abel ad  
sacrificandū  
instituit.  
Genes. 18.  
Vatab.

Iob 1.  
Benedicere  
per anti-  
phrasim pro  
maledicere

Cur sacrificia ascensionibus dedicantur.

Psalm. 104.

Boldus.

Origen.

D. Thom.

*benedicere in corde eo loco in sinistro sensu accipiendum esse: iam vero holocaustum genus est sacrificij ad varias species & ritus illius, etiam si aliquando pro aliqua specie sacrificij determinate accipiatur, ut videri potest apud ethymologicos. Pro offerebat holocausta habetur in Hebræo ascendere faciebat ascensiones, quod idem significat atque sacrificabat. Dicuntur autem sacrificia ascensiones, vel quia cum aliquid in sacrificio offertur, eleuatur; vel quia fumus victimæ, & incensu, & thymiamatis in sacrificio sursum ascendit: sic David Psalm. 104. similem in orationibus suis eleuationem ex postulans dicebat: *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum*; ibi eleuatur manus cum victima, & incensu fumus. De hoc vide nouissime Boldufum in Iob. 1. De Abrahamo verò sacerdotium in lege naturæ exercuisse, victimasque & sacrificia Deo obtulisse ex sacro textu multis in locis patet: de Melchisedech autem sigillatim dicemus cap. sequenti. De Abrahamo & de Abele Sacerdotes fuisse, ex Missæ Canone probari potest, *Supra qua propitio ac serenoultu, &c.* Hoc ipsū diserte Orig. tradidit lib. in Iob, dicēs: *Erant in eo tempore Sacerdotes, nec dum à lege ordinati, sed naturali sapientia hoc requirente & perscicente, ita Sacerdotio functus est Noe, ita Sacerdotio functus est Abraham, ita Sacerdotium gessit Melchisedech, ita & ipse Iob post illos Sacerdotio functus est.* Et infra: *Erant tunc Sacerdotes per loca, qui pro indigentibus hostias offerebant Domino per diuersa loca.* Et postremo post lapsum de lege naturæ fuisse sacrificia tenet D. Thom.*

A

B

C

supra



A

supra citatus. 2. 2. q. 85. art. 3. & Caiet. ibidem, Sotus lib. 9. de Iustitia. q. 1. art. 1. de quo vide Michaelem de Palatio in 4. dist. 1. disp. 2. Valent. tom. 4. disp. 3. q. 2. punct. 1. uar. 3 p. de Sacramentis. disp. 4. sect. 4.

Caiet.  
Sotus.  
Palat.  
Valent.  
Suar.  
§. 8.  
Solutio ad  
secundum.

B

Ad secundum dices, quod licet de iure naturæ fuissent sacrificia, ac Sacerdotes, tamen nec sacrificia determinata erant ad certas oblationes, nec homines tūc lege aliqua ad id interius data sacrificijs utebantur, sed sicut solo naturali instinctu ad colendum Deum mouebantur, ita ut hoc, vel illo modo deuotionem suam ac fidem protestarentur nulla alia lege in particulari determinabantur, sicut postea in lege scripta, & modo in lege gratiæ; proindeque nihil mirum si de hoc nulla mentio fiat, sicut etiam nulla mentio fit de diebus ad cultum dei deputatis ut aduertimus in nostra Laurea. q. 7. scholastica 2. p. disp. art. 4. in fine; cum tamen, ut ibidem ostendimus, de iure naturæ dandi essent dies aliqui diuino cultui deputati: immo illorum obseruantia non fieret satis per solam cessationem ab omni opere seruili, ut contra multos ostendimus cum Scoto, sed necessario ad huiusmodi præcepti naturalis obseruantiam dandus esset aliquis actus positivus, qui tenderet in cultum, & famulatum dei, etiam si non crederim prædictum actum necessario debere esse dilectionis dei.

Laurea  
eiusdem  
Auctoris.  
Aliquis actus positivus necessarius ad obseruantiam diei festi.  
Non tamen necessario dilectionis Dei.

C

Ad hunc vero sensum explicandus est Anacletus Papa dum Epist. 2. ultra medium inquit: *Initium enim Sacerdotij Aaron fuit, licet Melchisedech obtulerit sacrificium, & post hunc Abrahamus, Isaac, & Iacob, sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate ista*

§. 9.  
Anaclet.

fecerunt. Et idem fere habet D. Chrystomus, homil. 35. in Genes. vbi loquens de Melchisedech, inquit: *Sacerdos autem erat forte à semetipso ordinatus; sic enim tunc erant Sacerdotes, vel quia atate prouectior erat, vel quod ipse sacrificare studuit; sicut Abel, Noe, & Abraham, quando sacrificia obtulerunt.* Sicque dicendum, quod ab Aarone cum lege Moyssi incepit Sacerdotium cum quibusdam cæremonijs certisque sacrificijs, ac oblationibus, quod vsque ad illud tempus extitit, neq; enim Sacerdotes sacrificacione aliqua, aut electione instituti erant, sed (vt inquit D. Chryst. citatus) à semetipsis ad hoc designabantur, quod non obstat quominus verè essent Sacerdotes ad id muneris peragendum à semetipsis deputati: si autem hoc ita se haberet in lege naturæ, & non constet in particulari de ritibus ac sacrificijs, quibus illius legis Sacerdotes vterentur, tamen vt notauit D. Thom. 1. 2. q. 103. ar. 1. negari non potest in ea lege fuisse etiam viros aliquos cæteris præcellentiores prophetico spiritu afflatos, qui diuinitus inspirati, quasi ex lege priuata inducerentur ad certum aliquem ritum ac modum colendi Deum, prout ipsis pro temporum opportunitate congruum videretur, vnde & dies deputatos habuerunt ad Dei cultum, & si de illis non constet, vt notauimus in Quodlib. supra loco citato: loca etiam ad sacrificandum deputata habere debuerunt vt notauit A lensis. 4. par. Summæ. q. 2. memb. 7. Nam sacerdotium, sacrificium, ac templum semper correlatiua putauit P. August. loco supra citato, & erat rationi consentaneum vt hæc in eo statu ita se haberent.

D. Chryso.

Ab Aarone  
sacerdotiũ  
incipit quo  
ad cæremo-  
nias.

Quales Sa-  
cerdotes le-  
gis naturæ.  
D. Thom.

A lens.  
P. August.

A

B

C

Neque

A Neque etiam dubitandum est, aliquam mutationem intercessisse in re oblata in sacrificio; etsi enim aliqui ab hac regula excipere velint Melchisedechi sacrificium, quod confectum putant per simplicem panis ac vini oblationem; melius tamen dicendum, aliquam etiam mutationem in rebus in illius sacrificio oblati interuenisse: forte enim (vt inquit Iosephus) partem panis adussit igni, partemque vini effudit: reliquum vero panis & vini Abrahamo & socijs distribuit; aliter enim si nulla mutatio interuenisset in re oblata, potius illa actio haberet rationem oblationis, quam sacrificij: in hoc enim sacrificiū distinguitur ab oblatione. Unde colliges, quod omne sacrificium sit oblatio; non tamen omnem oblationem esse sacrificium.

s. IO.

Iosephus.

Discrimen  
inter sacri-  
ficium, &  
simplicem  
oblationē.

## CAP. III.

*Melchisedechum verum ac purum hominem  
fuisse.*



C IRCA hoc dubium, in quo (si Originem ac Dydimum excipiamus) nulla fere est cum Catholicis doctoribus controuersia, in inuestigando tamen quisnam Melchisedech fuerit, multipliciter erratum est: nam hæretici Melchisedechiani (sic à suo errore dicti) asseruere ipsam fuisse aut virtutem aliquam diuinam, aut ipsum dei filium Christum, aut Spiritum sanctum, cuius hæresis, dum tenet Melchisedech fuisse personam

Origen.  
Dydim.

P. August.

Alphonsus  
à Castro.Hieracis  
error qui.  
D. Epipha.  
Inconstans  
hæreticorū.  
Hebr. 7.

Genes. 14.

D. Epipha.

Error  
Theodoti.  
D. Epipha.

diuinam, meminit D. Pater Augustinus in lib. de Hæresib. hæres. 34. ex quo, vel solum apparet falso hanc sententiam imponi D. August. in lib. de quaest. veteris ac noui testamenti. q. 109. qui liber aperte non est D. Augustini, vt notauit Erasmus, & sequitur Alphonsus à Castro. lib. aduersus hæreses verbo *Melchisedech*: & constat aperte: nam nullibi legitur in operibus Augustini quod talem errorem retractasset, sed potius loco supra citato illum reijcit, & excludit cum cæteris hæresibus; prætereo prædictum lib. antiquiorem esse diuo P. August. plenumq; esse multis alijs erroribus. Fuit tamen prædictæ hæresis author Hierax quidam, teste D. Epiphano, hæres. 77. Sed in hoc adhuc ipsi hæretici more suo inconstantes fuerunt Scripturarum sensum adulterantes. Nam quidam videntes ex Paulo ad Hebræos 7. Melchisedech sine patre, sine matre, sine genealogia, hæc filio Dei appropriarunt, qui sæpe in humana specie in veteri testamento apparebat, vt inquit: vnde Genes. 14. dicebant ipsum Dei filium apparuisse Abrahamo sub figura Melchisedechi, illiq; representasse aliquando se ipsum in sacrificium offerendum, ideoque dictum fuisse Melchisedech assimilatum filio Dei. Alij ex opposito ex eisdem verbis collegerunt ipsum non fuisse Dei filium, ne sibi ipsi diceretur assimilatus, sed fuisse Spiritum sanctum: alij vero, teste diuo Epiphano hæres. 55. dixerunt Melchisedech fuisse virtutem quandam maiorem filio Dei, ex eo quod Dei filius secundum illius ordinem dicatur Sacerdos in æternum. Hæresis vero sic explicatæ author fuit Theodotus quidam, teste Epiphano. lib.

A

B

C

**A** de hæres. hæres. 55. & Tertul. lib. 2. de præscriptionibus cap. 53. in fine. Fundamenta vero hæreticorum, ut tetigimus, desumpta sunt ex eo quia Melchisedech dicitur sine patre, sine matre, sine genealogia, nec initium, nec finem dierum habens, describitur etiam maior Abrahamo dum Genes. 14. dicitur ipsum benedixisse Abrahamo, ab eoque decimas tanquam ab inferiori accepisse, quod in purum hominem cadere non potuisse reputarunt. Quo ultimo fundamento simile fere in errorem inciderunt Origenes, & Didymus, atque alij quorum meminit D. Hiero. Epist. 126. ad Euagrium: **B** senserunt enim Melchisedechum fuisse Angelum, & non purum hominem.

Contra præfatos tamen errores est vera & Catholica resolutio, semperque hætenus in Ecclesia ut catholica recepta, Melchisedech fuisse verum, ac purum hominem. Eam tradunt D. Hieron. D. Epiphanius, & P. August. locis citatis. D. Ambros. lib. 5. de fide, cap. 3. Clem. Alexand. 4. Stromat. D. Damascen. lib. 4. de fide, cap. 14. Theophilactus, & **C** Eumenius in citatum cap. 7. epist. ad Hebr. Theodoret. q. 63. in Genes. D. Cyril. Alexand. lib. 5. comment. in Genes. & complures alij, quos latius videre poteris, si placeat, ad locum tertix partis supra citatum cum D. Thom.

Ratio vero prima, ex sacro contextu desumpta sit, quoniam utroque loco supra citato, & 14. Genes. & 7. cap. epist. ad Hebræos, de Melchisedech loquitur Scriptura sacra, tanquam de vero, ac puro homine, & tanquam de Rege in Ciuitate notissima Salem: ergo aliter interpretari sacrum textum non licet, neque ad sensum me-

Tertullian.

Genes. 14.

Origenes.

Didymus.

D. Hiero.

§. 2.

Conclusio  
catholica.

D. Hieron.

D. Epipha.

§. 17. de

Ciuit. Dei.

cap. 22.

P. August.

D. Ambro.

Cle. Alex.

Theophila.

Eumen.

Theodoret.

D. Cyril.

Alex.

§. 3.

Primus  
surs  
dametum.

taphoricum confugere, vbi tam planus tamque apertus est historicus sensus: neque enim sic plane, & historice, aut in diuinam personam, aut in angelum quadrat, quod dicatur Rex Salem, Sacerdos Dei altissimi, Abrahamo benedicere, ab eoque decimas accipere, & similia alia, sicut de Melchisede cho enuntiantur.

A

Secundum  
fundamen-  
tum.

Confirmarique potest secundo, quoniam aut per corpus aliquod assumptum hæc & similia, quæ Melchisede cho attribuuntur, diuina persona, aut angelus operaretur, solum phantasticè hominem verum repræsentando, cum reuera humanitatem indiuiduam non terminaret; quod plusquam inauditum censeretur: aut oporteret, quod non minus abhorret, imo plus displicet, aliam humanitatis vñionem hypostaticam inducere præter eam quæ facta est ad diuini Verbi hypostasim; quod relegandum est.

B

§. 4.  
Tertium  
fundamen-  
tum.

Tertio quoniam ex oppositis fundamentis nullum est, quod non dico probet, sed vel leuiter insinuet Melchisedech non fuisse hominem verum, ac purum: nam quod Abrahamum prærogatiuis, atque dignitatibus excederet, parum obstat; potuit enim Abrahamus ab illo tanquam à seniore sacerdote benedici; eique vt ætati prouectiori decimas soluere, sicut postea ex lege Leuitici Sacerdotes eas à populo recipere potuerunt.

C

§. 5.  
Vsq.  
Obiectio.

Prima se-  
lutio.

Quod vero sine genealogia, sine patre, sine matre dicatur, Vasquius in sua paraphrasi septimi capituli epistolæ ad Hebræos, ideo Melchisedech sine patre, sine matre, & sine genealogia dictum putat, quia sine successoribus in Sacerdotio, & sicut Sacerdotium à parentibus per successionem non accepit; ita etiam neque

filios

**A** filios habuit, quibus sacerdotium reliquisset, vnde dicitur sine patre, sine matre, & sine genealogia, neque initium, neque finem vitæ habens, in quo etiam typum Christi Seruatoris gessit, qui ( vt videbimus ) à nullo etiam sacerdotium accepit hæreditario iure, nec etiam illud alteri dimisit, Sacerdos enim fuit in æternum, sicque patre, & matre carere dicitur quoad sacerdotiũ, in quo figura fuit Christi Domini, quæ fuit explicatio Epiphaniij, vt refert Suar. cum diuo Thoma. q. 20. art. 6. disp. 46. sect. 4. Et est satis probabilis responsio quicquid reclamet Ragusa. disp. 23. ad locum citatum diui Tho.

**B** Respondetur secundó Melchisedechum non caruisse parentibus, sed sic à Paulo dici, quodd sine illis introducatur, nullaque mentio fiat de parentibus ipsius, cum tamen sacer textus insignium personarum parentes, ac genealogiam proprijs soleat referre nominibus, quæ solutio satis est etiam communis.

Quod si dicas, vt Melchisedechiani obijciebant, etiã aliorum fieri mentionem in sacra Scriptura, quorum parentes, & genealogia in ea non enarrantur, nec proinde dicuntur sine patre, sine matre, sine genealogia.

**C** Respondetur id in nullo factum esse, sicut in Melchisedecho, in Christi figuram, & representationem, qui matre caruit vt Deus, & patre vt homo, quod diuus Paulus significare voluit, & explicuit d. Chrysofomus homil. 12. ad Hebræos, Gregor. Nazianz. oratione 38. Ambros. Epistola 82. & plures alij, qui videri possunt apud Vasquium loco citato, disp. 86. cap. 2. Benedictum Pereira in commento ad cap. 14. Genes. disp. 3. vbi hæc eandem responsionem adducit. Hebræi cum alijs dicũt

*D. Epipha.  
Suar.*

*D. Thom.*

*Ragusa.*

*Secunda*

*solutio.*

*§. 6.*

*Obiectio.*

*Solutio.*

*D. Chryso.*

*D. Gregor.*

*D. Ambr.*

*Bened.*

*Pereira.*

non referri parentes, nec genealogiam Melchisedechi sub hoc nomine, ideoque dici sine patre, sine matre; referri tamen sub nomine Sem, credunt enim fuisse ipsum Sem filium Noe: quantum vero hoc probabilitatis habeat dicitur infra conclusione 3. cap sequenti.

## CAP. IIII.

*Fuisse Melchisedech Regem Salem.*



**D**ICENDVM est secundò Melchisedech fuisse Regem Salem. Conclusio in his terminis æque certa est ac præcedens, probaturque iisdem testimonijs. Genes. 14. & ad Hebræos 7. Cum autem duplex fuerit vrbs hoc nomine dicta, altera de qua Genes. 33. dicitur: *Transiit in Salem urbem Sychimorum*, quæ est in terra Chanaan, in regione scilicet Samarix, ad quam Iacob venit à Socoth; quæ nunc Chaldaus, Oleaster, & Caiet. cum Pagnino, & Hebræis, quorum meminit D. Hieron. de traditionibus Hebræicis, Salem eo loco nō accipiāt, ut nomen proprium, sed ut appellatiuum, nimirum, ita ut significet: *Saluus & integer*: quasi dicat, Iacob transiit de Sichem saluus & integer: verum Septuaginta & Vulgata rectius nomen proprium vrbs dicūt, quæ prius Sichem, & postea Sichar dicta est, Hebræi vero Salem dictam volunt, à claudicatione, quoniam ibi à claudicatione curatus sit Iacob, cuius etiam meminit D. Hieronymus loco citato. Esse vero nomē pro-

§. I.

Genes. 14.

Hebr. 7.

Genes. 33.

Chaldaus.

Oleaster.

Caiet.

D. Hieron.

Septuag.

Salem nomen vrbs proprium.

primum



**A** prium vrbis tenet idem D. Hieronymus epistola 126. ad Euagrium, sequunturque Abulens. & Pererius ad cap. 33. Genes. & alij. Altera Salem, eadem est cum Ierusalem, id est, sacra Salem ex Græci, & Hebræi nominis compositione, de qua Psalmo 75. *Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* In quo loco in Hebræo pro *in pace*, habetur *Salem*, sicque explicat etiam dictionem Philo Hebræus lib. 2. allegoriarum Legis. In quamquam autem Salem Rex fuerit Melchisedech dubium est: in quo multi ex PP. tum ob citatum locum Psal. tum propter locum Genes. 14. ubi Melchisedech dicitur Rex Salem; & Chaldaeus transfert Rex Ierusalem, tenent Melchisedech regnasse in Ierusalem: ita Irenæus, Eusebius Cæsariensis, Procopius & alij, & est sententia Iosephi 2. antiquitatum, & lib. 7. de bello Iudaico. cap. 18. ex RR. vero eandem probant Cornelius in Pentateucum. cap. 14. Genes. Marianna in Scholijs ad eundem locum. Pererius in cap. 14. Genes. tom. 3. disp. 4. quæ est secunda de Melchisedech; & est communis Hebræorum sententia.

**C** Verum diuus Hieronymus Salem aliam urbem dicit iuxta Scithopolin in regione Samariæ iuxta terram Chanaam, ubi Ioannes baptizabat, dicit etiam Salem Ioan. 3. Ita epistola 126. ad Euagrium; & addit in ea vrbe adhuc tunc cerni vestigia Melchisedechi palatij iam extincti, & cum diuo Hieronymo sentit Pater Augustinus, diuus Epiphanius dubiam putat resolutionem; nec certo probari posse vtra dictarum urbium fuerit regia Melchisedechi; nam quod dicitur de vestigijs palatij, quæ comparebant, satis ambiguum creditur,

D. Hieron.  
Abul.  
B. Perer.

Psal. 75.

Philo.

Genes. 14.

D. Irenæus.  
Eusebius  
Cæsar.  
Procopius.  
Cornel.  
Marianna  
B. Perer.

§. 2.

D. Hieron.

Ioan. 3.  
P. August.  
D. Epiph.

tur, nam ipso diuo Hieronymo consentiente, Abimelech omnes eas vrbes solo æquauit vsque ad salis con-  
 spersionem; vnde siqua vestigia postea in antiquis rui-  
 nis comparebant, forte essent palatij & ædificiorum,  
 quæ postea extruxit Ieroboam. Cum diuo Epiphanio  
 hoc loco sentio præsertim ob auctoritatem diui Hiero-  
 nymi & Patris Augustini, quæ posteriorem sententiam  
 probabilem reddit, & sine qua priori adhererem.

§. 3.  
*Cæter.*

Aduerte tamen hac in-re deceptum fuisse Caietanū  
 existimantem Melchisedech non fuisse nomen pro-  
 prium viri, sed appellatiuum Regum scilicet Hierusa-  
 lem, sicut Cæsar & Augustus Romanorum Imperato-  
 rum; & sicut Ægyptij Reges primum Pharaon, postea  
 dicti sunt Ptholomæus, & Palæstini tempore Abrahæ  
 Abimelech: & modo Hispaniarum Rex dicitur Ca-  
 tholicus; Francorum Christianissimus, Lusitanorum  
 Serenissimus. Nam re vera Melchisedech sic fuit perso-  
 naliter dictus, Rex scilicet iustitiæ ex nominis ethymo-  
 logia Hebræa, qui in multis Christi Domini typum  
 gerebat. Clarius vero patebit errasse Caietanum si te-  
 neatur, Melchisedech non fuisse Regem Ierusalem, sed  
 alterius Salem sitæ iuxta Scythopolim in terra Cha-  
 naan.

§. 4.  
*Tertia  
 conclusio.*

Dicendum est tertio, probabile esse Melchisedech  
 fuisse ipsum Sem Noe filium, Abrahæque progenitorē:  
 at multo probabilius non fuisse Sem, sed aliquem é re-  
 gulis Chanæeorum, qui inter ipsos obseruando natu-  
 ralem legem, pié & sancté vixit, indeque á iustitiæ pro-  
 pria sanctitate nomen accepit Melchisedech, id est,  
 Rex iustitiæ. Prior pars conclusionis satis redditur

pro-

**A** probabilis autoritate D. Hieronymi epist. 126. ad Euagrium, & lib. de traditionibus Hebraicis in Genes. quem sequuntur complures alij, Isidorus nimirum lib. de vita & morte Patriarcharum cap. 5. Rupertus. lib. 8. de Trinitate & operibus eius, Abulens. Lippoman. & Lyran. ex Recentioribus Suar. disp. 46. sect. 4. 5. *At enim dicit aliquis:* in fin. & Medina in expositione articul. 6. q. 22. in 3. par. vbi pro eadem sententia citat Caietan. Quoniam Sem vixit 660. Genes. 11. ante diluuium 98. & post diluuium 502. natus vero est Abraham 292. post diluuium, vt etiam constat. Genes. 11. Cum ergo Abraham natus sit trecentesimo anno vitæ Sem, & vixerit annorum spatio centum & septuaginta quinque, fit consequens vt Abraham obierit anno vitæ Sem progenitoris sui decimi, quingentesimo sexagesimo quinto, supervixerit vero Sem, siue Melchisedech per triginta quinque annos Abrahamo abnepoti suo decimi gradus, vixerint vero pariter ab anno ætatis Sem trecentesimo vsque ad quingentesimum sexagesimum quintum, per centum & septuaginta quinque annos, quæ fuit Abrahami vitæ periodus: vnde colliges falsam esse eam chronographiam, ex qua D. Epiphanius collegit Sem mortuum esse quando natus est Abraham. Hanc sententiam communem dicit Benedictus Pereira loco supra citato, quanuis ab ea recedat, vt mox videbimus; certe tamen illa apud Hebræos communis est, & si aliquibus credendum sit, ea fuit recepta apud Samaritas traditio: ex quo tamen non multum auctoritatis sortitur vt illi magis ad hæreamus quam opposita.

D. Hieron.  
D. Isidor.  
Rupert.  
Abul.  
Lippoman.  
Lyran.  
Suar.  
Medina.

Abrahami  
vita.

D. Epipha.

Bened.  
Pereira.

§. 5.  
Melchisedech  
gētūlis  
Chananeus

D. Epipha.

Genes. 10.  
Abul.  
Lyran.

§. 6.  
D. Ignat.

Nihilominus tamen probabilius videtur Melchisedech non fuisse Sem, sed hominem gentilem, & Chananeum, quæ est posterior pars conclusionis. Quæ sententia probatur multis iisque grauissimis authoribus: & imprimis si vera esset illa, quam ex alijs refert Epiphanius, nimirum patrem Melchisedechi fuisse *Eradam* matrem vero *Asteroth*, siue *Asteriam* iam inde constaret ipsum non esse Sem filium Noe: sed quoniam hoc valde incertum est aliter probatur conclusio; primo quia de Melchisedech dicitur non habuisse patrem, nec matrem, nec genealogiam, idest, quod de illis non fit mentio in sacris litteris: at vero de Sem, Genes. 10. & 11. constat de illius progenie, & progenitoribus. Neque dissoluunt nodum Abulens. & Lyran<sup>o</sup>, vt supra tetigimus, dicentes, ipsum vocari Sem, & Melchisedech. Præterquam enim quod hoc sit diuinare, & solutionem ad libitum effingere, bene obiecit Pererius loco supra citato in tali nominum mutatione non debuisse Apostolum Paulum fundare insigne mysterium de representatione Christi seruatoris quoad sacerdotium per Melchisedech representatum, præsertim cum epistola illa scripta sit ad Hebræos, quos non lateret genealogia Sem.

Confirmatur secundò, quoniam diuus Ignatius epistola 9. ad Philadelphios tradit, Melchisedech fuisse virginem, quod etiam alij dicunt; ita Suidas verbo *IESVS*: de Sem vero locis citatis Genes. traditur posteritas eius: verba autem diui Ignatij sunt: *Melchisedech Sacerdos Dei, Rex Chananeorum urbem in Sione monte condidit, Salemq; dixit, idest, pacificam, in qua*

**A** cum regnasset annos 113. obiit vir iustus, & virgo. Credidit autem D. Ignatius Salem, in qua regnavit Melchisedech, sitam esse in Sione, cuius oppositum probabilius diximus.

Tertio regio, in qua regnavit Melchisedech, fuit in terra Chanaan, pertinebatque ad filios Cam, non vero ad filios Sem, Genes. 10. qui ergo fieri potest, ut aut Sem apud Chananæos regnasset, aut Melchisedech apud ipsos regnasset non esset ex genere Chananæorum. Præterea incredibile est, quod Moyses nullibi explicasset Melchisedech esse Sem, & quod Paulus ad Hebræos 7. loquens de ipso expresse diceret: *Cuius generatio non annumeratur*, quasi scilicet extranea esset genti Hebræorum.

**B**

Nec est contemnendum Christi sacerdotium dici à Davide secundum ordinem Melchisedech, quia re veram sacerdotium Leuiticum exstinguebatur, à quo gentes arcebantur, iterum ad sacerdotium, quod adventu Christi instituendum erat, ab ipso invidiæ erant gentes ad nuptias: immo vero & illi priori legis naturæ sacerdotio magis assimilandum erat. Christi sacerdotium, quam Leuitico, ut infra videbimus; fauet etiam auctoritas diui Dionysij de cælesti hierarchia cap. 9. ubi cum docuisset, multos ex gentibus ante legem Moyse angelorum ministerio ad veri Dei cognitionem perductos fuisse, id confirmat exemplo Melchisedechi, qui cum Gentilis esset, habitansq; inter infideles, tamen & ipse & populus eius verum Deum colebat. Propter quæ fundamenta hæc sententia antiquissimis authoribus probatur teste diuo Hieronymo, Irenæo scilicet Hypo-

**C**

s. 7.

Genes. 10.

Hebr. 7.

s. 8.

Psal. 109

D. Dionys.

D. Hiero.

D. Irenæus

D. Hypol.

Euseb. Caf.  
Emissen.  
Appolinar.  
Eustath.  
D. Epipha.  
Theodore.  
Ben. Perer.  
Cornel.  
Philo.  
Iosephus.

lito, Eusebio Cæsariensi, Emisseno, Appolinario, Eustathio: eam etiam tenet Epiphanius loco supra citato, & Theodoretus q. 63. in Genes. ex Recentioribus Pererius cap. 14. in Genes. disp. 2. quæ est prima de Melchisedech, Cornelius loco supra citato. Ex Hebræis de Melchisedecho tanquam de alienigena, & extraneo Iudæis loquuntur Philo & Iosephus, qui primo Antiquitatum. cap. 7. cum terram Chanaan filijs Cam descripsisset, dicit Sem & eius quinque filios incoluisse Asiam, vsque ad vltimum Oceanum ab Euphrate propagandæ ditionis inito pacto.

## CAP. V.

### De Sacerdotio Melchisedechi.

§. 1.  
Conclusio  
de fide.



ICENDVM est vltimo Melchisedech fuisse verum sacerdotem Dei. Hæc conclusio etiam est de fide, sic enim traditur Genes. 14. & Psal. 109. & a diuo Paulo citata epistola ad Hebræos, estque cõmuniter recepta: ita diuus Dionys. de cælesti Hierarchia, Clemens Alexand. 4. stromatum prope finem, Eusebius Cæsariensis, lib. 8. demonstrationis Euangelicæ, cap. 3. diuus Hieronymus epistola ad Marcellam, Pater Augustinus epistola 95. ad Innocentium & lib. 16. de Ciuitate Dei. cap. 2. eandemque tradunt ex Hebræis Philo & Iosephus citati.

Genes. 14.  
Psal. 109.  
D. Dionys.  
Cle. Alex.  
Euseb. Caf.  
D. Hieron.  
P. August.  
Philo.  
Iosephus.

§. 2.

Neque obstat communis Iudæorum hebraizantium obiectio;

**A** obiectio; qui primo dicunt in Hebræo non haberi nisi: *Erat Sacerdos Deo altissimo*: quod intelligunt de Abrahamo, & negant de Melchisedecho. Secundò, quia in Hebræo est vox, *Choen*, quæ significat Regem, ac Principem, non tamen Sacerdotem; nam ad primum vt facile sine fundamento dictum est, ita leuiter reijcitur cū aperte dicatur, *ipse*, idest, Melchisedech Sacerdos Dei, siue hic, vt habet alia versio: & sufficeret Vulgata, & diuus Paulus ei, qui locum de Melchisedechi sacerdotio intellexerit. Ad secundum respondetur falsam esse prædictam nominis significationem, nam Pagninus in suo Thesauro in dictione, *Choen*, dicit significare Sacerdotem, Ducem, ac Principem, sicut radix *Chien* in *Pibel*, significat fungi sacerdotio, aut magnificare, citatq; locum Psalmi 109 apud Hebræos 110. *Tu es Sacerdos in æternum*: vbi habetur *Choen*, vertiturque *Sacerdos*, ac si dicat tu es colens Dominum, & Dux Israel, eo quod Rex iustitiæ; quemadmodum est dux caputq; populi; sicq; Rabbi Abraham exponit: *Tu es Rex, aut Dux*. Et Genes. 40. *Filia Putipharis Sacerdotis*. Pro *Sacerdote*, dicitur in Hebræo, *Choen*; Thargum, *Principis*: multaque alia exempla apud ipsum videre poteris.

*Indaorum  
obiectiones  
dissoluntur*

*Psal. 109.*

*Rab. Abraham.  
Genes. 40.*

**C** Nec mirum, quod Sacerdos eodem nomine significetur, quo Dux aut Princeps, siquidem ipse caput est, & iudex populi, vt supra diximus, mediatorque inter Deum & homines, & Reges olim iidem Sacerdotes erant, vt Marianna aduertit ad cap. 14. Genes. Immo ante legem Moysi, in qua sacerdotium redactum est ad Tribus Iudæ, & Leui, annexum erat primogenituræ, & hanc esse primogenituram, quam Iacobo vendidit

*Ioan. Marianna.  
Genes. 14.*

*Esaui symo-  
niacus.*

*Lyran.  
Tostar.*

Esaui, dicunt plures, proindeq; in hoc Esaui Symoniacū extitisse, vnde qui dicunt Sem fuisse Sacerdotem, & tamen illum non fatentur primogenitum Noe, inter quos est Lyranus, & Tostatus, dicunt ius primogenituræ electione Dei fuisse à seniore fratre translatum ad Sem, saltem quantum ad sacerdotium, sicut idem ius ab Esaui in Iacobum, & à Ruben in Iudam, & Leui translatum legitur, de quo alibi aliquando latius agere licebit.

## CAP VI.

*Melchisedech sacrificasse in pane, & vino,  
Aaron vero in alijs victimis.*

*Medina.*

*Victores  
quomodo  
recipiebantur.*

*8. c. Iudic.*



ANC Tituli resolutionem, quo ad primam partem Medina loco supra citato, non putat esse æquæ certam, ac præcedentem, in ea enim, non solum Hebræi, & hæretici, sed & Catholici dubitarunt asserentes Melchisedech eo loco non sacrificasse, sed attulisse panes, ac vinum ad cibandum Abrahamum & socios eius ex bello cum victoria reuertentes, teste enim Diuo Hieronymo id moris erat apud eam gentem, vt eos, qui in bello victores euaderent oblato pane ad eos refocillandos expectarent: quod confirmant Gedeonis facti octauo cap. Iudicum, quo requirente ab vrbe Sochoth viris, vt sibi, militibusq; suis panes præstarent, qui bus refecti Madianitas vltra persequi possent, ijs etenim

debellatis



A debellatis præ nimia fatigatione lassati diuerterunt in Socoth, ad eum tamen à viris Socoth responsum est: *Forſitan palma manuum Zebee, & Salmana in manu tua ſunt, & id circo poſtulas, vt demus exercitui tuo panes.* Quibus verbis ſatis ostendebant non eſſe occurrendum cum panibus è bello reuertentibus, niſi iam ab hoſtibus victoriam reportaſſent.

B Caluini vero ſequutus Kemnitius, atque alij hæretici vim faciunt in verbo *proferens*, ſive *protulit*, vt Græce, & Hebraice habetur, imò Chaldæus paraphraſtes legit: *Adduxit panem, & vinum*: dicuntq; niſquã reperiri *obtulit*, ſed lic adiectum eſſe hunc ſenſum à Catholicis, etenim proferre non eſt actioſacrificantis, vt per ſe conſtat, quoniã ſacrificium eſſentialiter eſt oblatio, & ſine oblatione reperiri nequit, proindeq; ex factò Melchifedech, qui protulit panem, & vinum, adduxitq; ad Abrahamum non rectè colligi poteſt Melchifedech tunc ſacrificiſſe in pane, ac vino, cum ea proferre poſſet ad cibandum Abrahamum, & ſocios eius modo ſupradicto.

C Secundo loco hæretici ex eodem cap. 14. Genef. arguunt, quia in eo non habetur in Hebræo particula *enim*, ſed tantum: *Et erat Sacerdos Deo altiſſimo*, ſue vt legit Vatab. *Et hic Sacerdos erat Dei altiſſimi*. Pagninus vero ex Hebræo: *Et ipſe Sacerdos erat Deo altiſſimo*: Et ſimiliter Chaldæus Paraphraſtes: *Et ipſe erat miniſter coram Deo excelfo*. Septuaginta vero in eundem fere ſenſum: *Erat autem Sacerdos Dei altiſſimi*: Et proinde cum particula *Vau*, ſignificet, &, non vero *enim* colligunt non reddi in eo loco cauſam aliquam, quare Mel-

Fundamētū  
hæreticorū.

Genef. 14.

Leſſio Pag  
vin i Vatab.  
Chaldæa pa  
raphraſis.

A

Hereticor.  
argumentis

chisedech protulerit panem, & vinum, nimirum quia Sacerdos erat, sicque conantur enervare efficaciam argumenti, & dicunt ipsum benedixisse quidem Abrahamo, non quia Sacerdos esset, sed quia senior, nec panem & vinum protulisse ex Sacerdotis officio, & proinde prædicta verba: *Et hic erat Sacerdos Dei altissimi*: non de Melchisedech, sed de Abrahamo sinistre interpretantur, ipsumque Sacerdotem fatentur, quod negant de Melchisedech.

B

Aliter Catholicis aduersantur.  
Caiet.  
Isidor. Clari.  
Iosephus.

Ex catholicis autem, qui iuxta sacrum textum Melchisedech Sacerdotem fuisse non inficiantur, adhuc tamen in ea actione non sacrificasse, quando protulit panem, ac vinum Genes. 14. Tenuere nonnulli Caiet. nimirum ad citatum locum, Isidorus Clarius, & citatur pro eadem sententia Iosephus 1. antiquit. cap. 18. at hi Auctores non negant Melchisedech prius in pane, & vino sacrificasse, antequam panem, & vinum ad Abrahamum protulisset, sicuti neque etiam negant ipsum Sacerdotem fuisse, colligant vero in eo loco Genes. 14. non sacrificasse ex verbo Hebræo *Hots*, quod significat proferre, & non offerre in sacrificium.

C

Alter dicitur  
di modus.

In eandem vero sententiam veniunt, qui fatentur Melchisedech sacrificasse quidem in pane, & vino, cæterum in ea actione tunc non sacrificasse, quando panem, & vinum Abrahamo protulit, at protulisse sane panes iam sanctificatos, & in quibus sacrificauerat; huius sententiæ sic explicatæ auctor dicitur Clemens Alexand. 4. Strom. cap. 8. ante medium, vbi sic inquit: *Melchisedech Rex Saltem Sacerdos Dei altissimi, qui panem, & vinum sanctificatum dedit nutrimentum in typum Eucha-*

Clem. Ale.

ristia:

**A** *ristia*: Theodoret. etiam q. 63. in Genes. sic habet. *Quoniam Melchisedech typum gerebat sacerdotij Dominici, ideo panem, vinum, & massam farina dedit Abraha, siquidem moris erat Deo omnium talia offerri, animaduvertebat enim, & in hoc typum patefieri.* Probabilemque iudicat hanc sententiam Pererius in fine vltimæ disp. 3. conaturq; illam esse de mente Philonis in lib. de Abraham, quem tamen totum perlegimus, nec tamen, vel leue vestigium talis sententiæ in eo reperimus: aduerte etiam Ioannem Mariannam citare Clem. Alexandr.

**B** ad probandum Melchisedech obtulisse in ea actione sacrificium, sed verba Clementis Alex. ipsissima iam citauimus, vnde rectius citat pro ea sententiâ Marianna in suis scholijs ad citatum cap. 14. Genes. D. Chrysof. in hom. ad illud: *Cum ascendisset Iesus in templum.*

His ergo positis. Dicendum est primo materiam, qua Melchisedech in sacrificando utebatur fuisse panem, ac vinum; hanc conclusionem in his terminis existimo deduci ex principijs fidei propter citata loca à PP. & ab Ecclesia ita recepta, & explicata, vt communi consensu habeatur Melchisedech sacrificasse in pane, & vino, & propter Trident. supracit. sess. 22. cap. 1. vbi dicitur Christum Dominum corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo patri obtulisse declarando se Sacerdotem constitutum secundum ordinem Melchisedech, quod satis ostendit talem fuisse materiam sacrificij Melchisedechi, qualem Christus Dominus assumpsit, dum sub speciebus panis, & vini corpus, & sanguinem suum Deo patri obtulit. Idem fere habetur in Concilio Aquisgranensi sub Pipino celebrato lib. 1.

Theodoret.

Perer.  
Philo.Ioan. Ma-  
rianna.

D. Chrysof.

Prima con-  
clusio dedu-  
cta ex prin-  
cipijs fidei.

Conc. Trid.

Cōc. Aquis.

*Rab. Moy-  
ses. Rab.  
Ioseph.*

cap. 17. & 18. Patres videri possunt plures apud Sui-  
rium, & Vasquium locis supracitatis. Ex Rabbini ean-  
dem sententiam tenuerunt Rab. Moyses, & Rab. Ioseph  
ad cap. 14. Genes. vbi ex veterum Rabbini senten-  
tia docent Melchisedech protulisse panem, & vinum,  
vt Mosaicæ legis sacrificia farinacea, & libamina re-  
presentaret: neque solum hoc assequuti sunt Rabbini  
ex sacrificio Melchisedechiano, sed, & ex præcipuo sine  
illius representationis, vt enim tetigit Genebrardus.  
lib. I. suæ Chronologiæ in Exordio tertiæ ætatis Rabbi  
Moyses Hadarzan in Berescith contendit Melchise-  
dech tunc Messîæ ritum incruentæ sacrificacionis ali-  
quando introducturi speciem, & personam fuisse inuisse,  
cum eoque consentit ex Thalmudicis Rab. Leni, videri  
potest Petrus Galatinus, lib. 10. de Arcanis Catholica  
veritatis.

*Genebr.  
R. Moyses.  
Melchise-  
dechi sacri-  
ficii typus  
crucis sacri-  
ficii crucis.  
R. Leni.*

*Secunda  
Conclusio.*

Dicendum est secundo Melchisedech non modo  
protulisse panem, & vinum ad cibandum Abrahamū,  
& socios eius, verum etiam ad sacrificandum Deo, in  
eaque actione verè tunc sacrificasse, in gratiarum scilicet  
actionem pro victoria Abrahamo concessa, tuncque  
panem, & vinum dedisse Abrahamo. Connectimus ve-  
ro hanc conclusionem statim cum præcedente, quoniã  
ex illius probatione illustrior præcedentis veritas ap-  
parebit, si enim ostendamus Melchisedech tunc in pa-  
ne, & vino sacrificasse, satis probatum relinquitur talè  
fuisse materiam, qua Melchisedech in sacrificando ute-  
batur, neq; enim quis somnians adhuc illum, tunc ma-  
teriam sacrificij commutasse: habet vero hæc conclusio  
eisdem fere Auctores pro se, quos prima, paucis excep-

tis,

**A** tis, quos pro secunda sententia citauimus. Primo ergo ex terminis ipsius conclusionis constabit parui momēti esse illam rationem, qua vtuntur Lyran. & Abul. quos sequitur Valquius cum alijs, vt concludant Melchisedech sacrificasse in pane, & vino dicentes Abrahamū, & socios eius non indignasse cibarijs, quia quatuor illi Reges, quos Abraham debellauit ditissimi venerant, ab ijsque potuit Abraham obtinere, quidquid frumēti, sibi, ac socijs opus esset, sic enim respondit Abrahamus Regi Sodomorum: *Non accipiam ex omnibus, quae tua sunt exceptis ijs, quae comederunt iuuenes*: nam vt bene aduertit Pererius potuit Melchisedech hoc ignorare, Abrahamoque, tanquam victori, atque indigenti cum pane, & vino obuiare: vel etiam, si sciret potuit id efficere in signum benevolentiae, & amicitiae, vnde nihil impedit, quominus etiam panem, ac vinum ad illum, sociosque cibandos proferret.

**B** Quod ergo tunc sacrificauerit in pane, & vino ostenditur primo, quia communis Ecclesiae receptio, & Patrum consensus asserens Melchisedech sacrificasse in pane, & vino, non aliunde vini desumpsit, quam ex praedicto loco Genes. 14. ad quem etiam D. Paul. respexit, cum Christum Dominum sacrificantem in pane, & vino adumbratum dixit in sacerdotio Melchisedech; ergo in ea actione credendum est sacrificasse, aliter enim non multum roboris obtineret praedicta Ecclesiae interpretatio: propter quod fundamentum Medina supracitatus. s. ad 3. quaest. ab hac sententia recedentes non solum temeritatem dicit, sed etiam videri, quod apertam haeresim incurrant: quam censuram admitterem in eos,

*Lyran. & Abul. reijciuntur Valquius etiam.*

*Bened. Per.*

*Probatio superioris conclusionis.*

*Genes. 14. D. Paul.*

*Medina.*

*Iudicium au-  
toris circa  
sententiam  
veram.*

*Reijcitur  
secunda  
sententia.*

qui absolute negauerint Melchisedechi sacrificij mate-  
riam fuisse panem, & vinum: non vero in eos, qui dixe-  
runt ipsum tunc in ea actione non sacrificasse, protulisse  
tamen panes, ac vinum, in quibus antea sacrificauerat:  
verum ad excludendum etiam hunc dicendi modum,  
quem secunda sententia admittebat est efficax prædi-  
ctum argumentum desumptum à communi receptione  
Ecclesiæ, & Patrum consensu. Secundò, quia ex tribus  
actionibus in eo loco relatis, & quæ Melchisedecho tri-  
buuntur, duæ aperte sunt sacerdotales, nimirum, bene-  
dicere Abrahæ, & decimas ab eo accipere: ergo tertia,  
nimirum, proferre panem ac vinum actionique sacer-  
dotalis esse debuit, non autem potuit esse alia, quam sa-  
crificatoria, simplex enim panis, ac vini prolatio nõ est  
actio sacerdotalis, imo, & subiecta materia id ostendit,  
sicque statim hoc indicans Spiritus sanctus coniunxit:  
*Erat enim Sacerdos Dei altissimi*, ostendens sacerdotale  
dignitatem esse causam illius prolationis, quasi diceret  
ex officio sacerdotis, quod exercebat protulit panem, &  
vinum in sacrificium.

Neque contra vtranque prædictam assertionem facit  
oblatantium hæreticorum fundamentum, dum im-  
pugnant particulam, *enim*, quæ est in nostra Vulgata,  
objicientes illam nõ reperiri in Hebræo, sed loco illius  
haberi, *Vau*, quæ est coniunctio, & vt iuxta prædictum  
sensum dicant, & legant: *Protulit panem, & vinum, &  
erat Sacerdos Dei altissimi*: vt nimirum ita omnia de  
Abrahamo exponant: enim vero, vt tradit Pagninus,  
lib. 4. inst. it. cap. 24. Et bene aduertit Bellarm. lib. 5. de  
Eucharistia, qui est primus de Missæ sacrificio. cap. 6.

*Dissoluitur  
hæreticorũ  
fundamen-  
tum.*

*Pagninus.  
Bellarm. in.*

**A** Sæpe sæpius in sacris litteris coniunctio, &, accipitur pro particula causali, sic Genes. 20. dicitur ad Abimelech Regem: *Et morieris propter mulierem, quam accepisti, habet enim virum.* In Hebræo namque est eadem littera, *Vau*, cumque ibi Septuaginta legant: *Ista vero est cohabitans viro.* Et Pagninus: *Et ipsa maritata est marito.* Non fuit sola nostra Vulgata, quæ legit: *Habet enim virum:* nam similiter habet Paraphrastes: *Est enim uxor viri.* Sic etiam Genes. 30. dixit Labam ad Iacob: *Experimento didici, quod benedixeris mihi Deus propter te.* Pro, quod, est in Hebræo, *Vau*, idemque alijs in locis reperire facile esset, vnde corrui hæreticorum fundamentum tanquam innane.

Genes. 20.

Genes. 30.

**B** Probatur insuper idem institutum ex eadem radice *Hosti*, quam noster vulgatus transtulit, *proferens*, non vero, *obtulit*, vt falso obijciunt hæretici, illa verò significat talem prolationem, qualem rerum, ac temporis circumstantiæ exigunt, & sic sæpe significat prolationē hostiæ ad immolandum, vt bene probat Bellarminus loco supracitato ex 6. cap. Iudicum, vbi ex Hebræo ad verbum legitur: *Et offeram sacrificium meum, & ponam in conspectu tuo.* Siue vt Septuaginta: *Et proferam sacrificium, & sacrificabo coram te.* Quo loco cum idem verbum habeatur, nunc vertitur, *proferam*, nunc, *offeram*, semper tamen de prolatione, siue oblatione sacrificij, sique etiam Varablas citato loco Genes. 14. in scholijs ad eadem verba: *Protulit*, addidit, *vt sacrificaret*, vel, *vt offerret Deo, nam erat Sacerdos:* sique & confirmata manet prædicta veritas, & expedita ab hæreticorum obiectis.

Bellarm.  
Iudic. 6.Vatab.  
Genes. 14.

Quid de  
Sacerdotio  
Leuitico.

Exod. 29.  
Leu. 2. & 9.  
Num. 28.

De sacerdotio vero Leuitico, quod attinet ad sacer-  
dotes, ceremonialisque, ac sacrificiorum ritus cōstat pas-  
sim ex sacris libris; Sacerdotes enim animalia sacrifi-  
care nunc hæc, nunc illa, sub his, aut illis ceremonijs  
præcipiebantur; si quando vovo, vt Exod. 29. & Leuit.  
2. & 9. alijsq; in locis Leuiticis sacrificijs aliquid panis  
adhiberi præcipitur, aut etiam vini, sicut Num. 28. tales  
res in ea sacrificia non assumebantur, vt materia pro-  
pria ipsorum, sed tanquam quid ceremoniale, quod an-  
nectebatur propriæ materiæ sacrificij, vt patebit expen-  
denti citatum locum Num. 28. vbi postquam in Kalen-  
dis præcipiuntur offerri duo vituli de armento, & aries  
vnus, & agni anniculi immaculati septem: additur tūc:  
*Et tres decimas simila oleo conspersa in sacrificio per sin-  
gulos vitulos, & duas decimas simila oleo conspersa per  
singulos arietes, & decimam decimam simila ex oleo in sa-  
cificio per agnos singulos.* Vbi aperte ostenditur, massam  
seu simulam non sumi in sacrificijs Mosaicis, vt pro-  
priam materiam ipsorum, quod etiam in sequentibus  
de vino ostenditur, dum dicitur: *Libamenta autem vini  
qua per singulas fundenda sunt victimas ista erunt, media  
pars bin per singulos vitulos, tertia per arietes, quarta per  
agnos:* vbi ex ipsis verbis sacri contextus, constat farinā  
ac vinum in holocausto pro Kalendis non sumi in ea  
lege, tanquam aliquid de substantia sacrificiorum, sed  
potius, tanquam, quid ceremoniale ad ipsa sacrificia spe-  
ctans, quæ cum etiam figura essent, atque vmbra veri sa-  
cificij corporis, atque sanguinis Christi, quod in lege  
gratiæ semper offerendum erat, illud etiam sub ea ratio-  
ne adumbrabant, in quod vetus sacerdotium cum ve-

A

B

C



**A** ceri etiam lege in nouum, nouamque Ecclesiam transferendum erat, de quo late videri potest Albert. Pyghius lib. 2. Eccles. Hierarchiæ, cap. 5. vnde non valet argumentum Kæmnitij obijcientis ritum sacrificandi panem ac vinum communem fuisse sacerdotio Leuitico, cum sacerdotio Melchisedechi, nam Leuitici sacerdotij, vt diximus, sacrificia, quoad substantiam, ex pecudum, & caesarum victimarum oblatione constabant; & si aliquando res aliæ præciperentur admisceri pro diuersitate sacrificiorum: at vero sacrificium Melchisedechi in hoc singulare fuit, quod ex solo pane & vino, vt ex vnica atque propria materia conficiebatur, in quo expressum typum gessit veri sacrificij ex corpore & sanguine Christi seruatoris offerendi.

*A bert.  
Pyghius.  
Confutatur  
Kæmnitius.*

*Propria  
teria sacri-  
ficij Mel-  
chisedechi.*

**B** Hæc omnia autem, tum quæ reperiuntur in sacrificijs legis Mosaycæ, tum quæ reperiuntur in vero sacrificio corporis & sanguinis Christi sub speciebus panis & vini diabolus in sacrificijs Gentilium æmulari, ritulque, imo & sacramenta ipsa falso interuvertere, expendit egregie Tertul. in lib. de præscriptionibus aduersus Hæreticos à cap. 40. & deinceps, vbi inter alia sic inquit de diabolo ipsas quoque res, ipsamque scripturarum veritatem in hæreses conuertente: *Tingit & ipse quosdam vtiq; credentes & fideles suos, expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc inuitat mitræ; signat illic in frontibus milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quis? quod & summum Pontificem in vnis nuptijs statuit? habet & virgines, habet & continentes: ceterum si Numæ Pompilij superstitiones reuoluamus,*

*Tertul.*

*si sa-*

si sacerdotalia officia, insignia, & privilegia, si sacrificalia ministeria, & instrumenta, & vasa ipsorum sacrificiorū, ac piaculorum, & votorum curiositates consideremus, non ne manifeste diabolus morositate illam Iudaica legis imitatus est; cum ceteris quæ prosequitur.

## C A P. VII.

*Christum Dominum vere Sacerdotem  
fuisse.*

*Conclusio  
de fide.*



Conclusio est de fide Christum Dominum vere, ac proprie Sacerdotem fuisse. Continetur aperte in sacris litteris, quæ Christū Dominum Sacerdotē acclamant, ipsumq; mediatorem inter Deum & homines constituunt, & in quibus passim videmus Christo Domino omnia Sacerdotis munera supra assignata adscribi quoniam vero, vt iam supradiximus præcipua sacerdotij ratio consistit in oblatione sacrificij. Idcirco, de hoc & capite sequenti, vbi ostendemus ipsum Deo Patri in ara crucis, sacrificium pro hominibus obtulisse, & capite decimo agendum est, vbi pariter de sacrificio oblato in nocte Cœnæ differendum est, interim si Sacerdotis munera percurramus id ipsum ad vestibulum sacrorum voluminum apparebit.

*Christus  
Dñs orauit  
pro nobis.  
1. Pet. 2.*

Ipse ergo Christus Dominus primo orauit pro nobis omnibus, virtuteque, ac meritis eius redempti sumus, & effecti diuinæ consortes naturæ. 1. Pet. 2. Deinde ipse

obtulit

**A** obtulit sacrificium Deo Patri pro hominibus, tum offerendo corpus suum in ara crucis, ipse enim, tanquam ouis ductus fuit ad occisionem, tum in nocte Cœnæ, prius enim quam pateretur accepit panem, & gratias agens benedixit, &c. Tertio ipse Doctor noster extitit, imo & Legislator; vnde Malach. 2. De eo dicitur teste D. Tho. q. 22. art. 1. in corp. *Legem requirent de ore eius.* Quartò, Dux noster fuit, sic enim Micheæ cap. 5. de eo dictum intelligitur vaticinium illud, quod de Betlehè exiet Dux qui regat populum Israel. Quintò loco duxit populum ad destinatum finem, ipse enim est via, veritas, & vita. Ioan. 4. Nemoq; venit ad Patrem, nisi per illum, & nisi militet sub illius vexillo. Sextò, ipse constitutus est iudex viuorum, & mortuorum, iudicabitq; orbè terræ in æquitate, & veritate, Matthæi enim 22. cap. *Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet unicuiq; secundum opera sua.* Idemq; habetur Math. 24. & Luc. 17. & Acto. 1. dicitur ad viros Galilæos: *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum, &c.* Tandem vltimo loco Pastor est, qui animam suam posuit pro ouibus, non sicut mercenarius, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, sicut enim pastor Isai. 40. *Gregem suum pascit in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fetas ipse portabit.* Vnde merito Ioann. 10. Se pastorem bonum commendauit. Et Zachar. 14. relatum ab Euangelista Marco, cap. 14. *Percutiam pastorem, & dispergentur oues.* De Christo seruatore est communiter receptum.

**C** Constat præterea ipsum Sacerdotem fuisse ex Psal. 29. quem de se intellectum obiecit Iudæis, Marc. 16.

Malach. 2.  
D. Thom.

Christ. dux  
noster.

Mat. 22.

Mat. 24.  
Luc. 17.

Christus D.  
pastor no-  
ster.  
Isai. 40.

Ioan. 10.  
Zach. 14.  
Marc. 14.  
Christus D.  
Sacerdos.  
Psal. 29.  
Marc. 16.

D. Thom.

Hebr. 4.

Conc. Trid.

præterea D. Paul. in Epistola ad Hebræos à capite secūdo vsque ad nonum de Sacerdotio & Pontificatu Christi Domini differuit: sicque D. Tho. loco supracitato id probat ex cap. 4 eiusdem Epistolæ: *Habemus Pontificē, qui penetravit cælos Iesum filium Dei.* Idemque traditur supracitato loco Tridentini; & ex sequentibus vbi de sacrificio crucis, & Cœnæ agendum est constabit apertius.

## CAP. VIII.

*Sacrificium Deo Patri obtulit in ara crucis.*

I. Arg.

Qualis actio sit sacrificium.

D. Tho.

**P**ro parte negante præsentis dubitationis nonnulla sese offerunt argumenta, quæ illustrent potius, quam labefactent assertam tituli resolutionem. Et primo quod Christus Dominus in ara crucis sacrificium nõ obtulerit videtur ostendi, quoniam Christus Dominus non sacrificauit seipsum, tanquam verus sacerdos, neq; in ara crucis exercuit aliquod sacrū officium circa corpus suum, quod tamen opus est ad rationem sacrificij, cum sit actio exterior, & sacra, qua quis Deo offert hostiam in recognitionem supremi dominij, & subiectionis ad ipsum ex affectu virtutis religionis: imo, vt obijcit D. Thom. hostia ex eo, quod offertur sanctificatur, Christi autem humanitas statim à principio sanctificata fuit, & gratia vnionis, & gratia sanctificante, ergo non potuit Christus Dominus seipsum in cruce offerre Deo Patri in sacrificium.

Secundo

**A** Secundo ex eodem D. Thom. Sacerdotium Christi Domini magis assimilatum fuit sacerdotio Iudæorum, quam sacerdotio Gentilium, quo dæmones colebantur, sed in lege veteri nunquam homo offerebatur in sacrificium, imò id grande piaculum reputabatur, & in sacrificijs Gentilium maxime reprehenditur, de quibus dicitur Psalm. 105. *Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, &c.* Ergo in Christi sacerdotio nō debuit esse hostia Christus homo occisus.

2. arg.

Ps. 105.

**B** Tertiò, ad rationem sacrificij non sufficit quomodo-  
**B** cunque offerre hostiam, sed ex auctoritate publica, & electione ad hoc debet institui, qui ex officio Deo hostiam offerat: sed Christus Dominus non sic in ara crucis obtulit corpus suum, & vitam, ipse enim posuit animam suam pro ouibus suis: ergo ipse in cruce non potuit offerre sacrificium. Maior vero, quæ sola videtur probatione indigere ex ijs, quæ supra diximus capite secundo ostendi potest, aliter enim nisi ad sit Ecclesiæ auctoritas & electio ad id muneris cuncti Christiani in ea latitudine Sacerdotes dici possent, vt Tertul. in lib. de exhortatione ad castitatem cap. 5. pulchre tetigit dicens: *Nonne, & laici sacerdotes sumus scriptum est Apocal. 1. Regnum quoq; nos & Sacerdotes Deo, & Patri suo fecit, differentiam inter ordinem, & plebem cõstituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per ordinis confessum sanctificatus à Deo, ubi ecclesiastici ordinis est cõfessus, & offert, & tinguit Sacerdos, qui est ibi solus.* Quem tamen Tertulliani locum caute lege, & docte explica, sicut enim Christianos omnes Regnum Dei dicit de Regno spiri-

3. arg.

Tertul.

Cautè lege.

tuali explicádus, ita & Sacerdotes dicit, quatenus Deo per orationes suas, & preces spiritualia sacrificia offerunt, est enim Deo acceptabile sacrificium spiritus con-  
 tribulatus; aliter vero Lutheri faueret hæresi, qui omnes laicos sacerdotes dixit, constat vero ex sequentibus sic esse exponendum Tertullianum.

4. arg.  
 D. Tho.

Quarto, ex D. Tho. 2. 2. quæst. 85. art. 3. ad 3. Sacrificatio est operatio religiosa, qua ipsemet, qui sacrificat facit aliquid sacrum in re oblata: crucifixores autem, & carnifices, qui Christo Domino passionem intulerunt, sacrilegium perpatrati, & nõ opus sacrum operati sunt: ergo non intercessit in morte Christi Domini sacrificium, quod ipse offerret.

D. Paul.  
 Ioan. 17.

Cyri-  
 Chrysof.  
 Rupper.  
 Marian.  
 Ioan. 17.

V. 3.

Non tamen hæc, & similia cogunt à supraposita veritate discedere, sed persistendum est in assignando sacrificio, quod Christus Dominus obtulit in cruce pro salute omnium hominum. Est hæc veritas recepta non modo à Catholicis, sed etiam ab hæreticis, qui non negauerint Christum veré hominem fuisse, vereque pro hominibus mortuum: eam tradidit D. Paulus locis supracitatis, & idem Christus Dominus. Ioan. 17. loquens de passione sua, & morte pro hominibus suscepta dixit: *Pro eis sanctifico me ipsum*, id est, *Sacrifico me ipsum*, sicut exponunt Cyrillus, Chrysof. & Ruppert. Solebant enim victimæ sanctificari, id est, segregari ad cultum Dei antequam offerretur, quo sensu Ioannes Marianna in sua paraphrasi ad citatum cap. 17. Ioan. dicit posse exponi locum D. Pauli ad Rom. 9. dum dicit: *Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis*, id est, *segregatus in sacrificium*: a quo sensu non longe abest Diuus

**A** Hiero. in epist. ad Algasiam. quæst. 9. Nec dissonat Græca ethymologia ab *αναθετιναι*, quod significat reponere, siue separare, & aliquando etiam attollere, siue suspendere, unde denaria quæ templis solent offerri, Græco nomine *αναθεματα* dici possunt.

*D. Hieron.*

Confirmari, & illustrari amplius potest superior doctrina ex ijs verbis quæ sanctissimus Præcursor Baptista dixit dum Ioan. i. Christum Dominum ad se venientem videret, vocans enim illum agnum Dei proculdubio illum offerendum in sacrificium prænuntiavit, ut

*Ioan. i.*

**B** optime expendit Theophilactus ad eundem locum, siue quod Deus acceperit mortem Christi pro nostra salute, siue quod Deus tradiderit illum pro nobis ad mortem, in eo enim sensu tangit Christum Dominum dici agnum Dei, eademque est Euthymij mens, idemque sentit D. Epiphan. hæresi 8. Vide quæ D. Thom. lect. 14. in 1. cap. Ioannis ad hoc comprobandum adducit ex Origene expendente quinque animalia, quæ solebant offerri in Templo, quæ quidem omnia præfigurarunt verum sacrificium, quod est Christus, qui semetipsum obtulit oblationem Deo, proindeque, & si ex alijs animalibus fierent sacrificia in Templo cæteris temporibus, ut dicitur Num. 24. vnum tamen erat quotidianum, in quo iugiter vnus agnus mane, & alter vespere offerebatur, in quo sacrificium veri agni Christi Domini in crucem acti tanquam in principali veteris legis sacrificio adumbratum fuit.

*Theophil.*

*Euthym.*

*D. Epiphan.*

*D. Tho.*

*Ioan. i.*

*Origen.*

*Num. 24.*

**C** Ostenditur amplius eadem veritas ratione D. Tho. Enim vero propter tria homo sacrificio indiget, nimirum propter remissionem peccati, gratiæ conseruatio-

*Conclusio  
ratione ostē  
ditur.*

nem, & illius consummationem, sed hæc tria obtinuit  
 homo per humanitatem Christi Domini, dum pro no-  
 bis se ipsum tradidit in cruce: ergo in ea tunc sacrificiū  
 Deo patri obtulit, & proinde simul fuit hostia pro pec-  
 catis, hostia pacifica, & holocaustum: nam hostia pro  
 peccatis offerebatur Deo propter remissionem peccati:  
 iam vero ipse iniquitates nostras portauit. Isai. 13. Et  
 factus est propitiatio pro peccatis nostris. 1. Iohan. 2.  
 Propter delicta enim nostra traditus est. Ad Roman. 4.  
 Hostia vero pacifica offerebatur pro salute offerentium  
 Leuit. 3. at Christus Dominus ad Hebr. 1. *Factus est om-  
 nibus obtemperantibus sibi causa salutis aeterna.* Holo-  
 caustum vero offerebatur, quasi totum incensum. Le-  
 uit. 1. v. scilicet spiritus hominis perfecte Deo vniretur,  
 quod maxime erit in gloria, cum per gratiam & chari-  
 tatem consummatam illi fuerimus inseparabili amore  
 coniuncti: nos vero, habemus fiduciam per sanguinem  
 eius: ad Hebr. 10. In introitum Sanctorum, idest in cæ-  
 lestem gloriam: sicque licet Christus Dominus nō oc-  
 ciderit se ipsum, dum tamen voluntarie mortem subiit,  
 illamque in sacrificium pro delictis nostris Deo Patri  
 obtulit fuit plane, quoad remissionem peccati hostia  
 pro peccato, quo ad gratiæ conseruationem, e qua spiri-  
 tualis vita procedit hostia pacifica, quo ad illius vero  
 consummationem, perfectamque vniōem cum Deo  
 holocaustum extitit.

Ad primum ergo in oppositum respondetur sacrifi-  
 cium non necessario includere actionem aliquam phy-  
 sicam, quam sacrificans circa rem oblatam exercere te-  
 neatur, sed sufficere moralem actionem, qua res ab alio

.rom. 11. 0

Isai. 13.

Iohan. 2.

Rom. 4.

Leuit. 3.

Hebr. 1.

Leuit. 1.

Perfecta  
 vniō cum  
 Deo signifi-  
 cata in ho-  
 locausto.

Hebr. 10.

Solutio ad

I. argum.

I. argum.

I. argum.

A

B

C

.rom. 11. 0

D

phy.



**A** physice immutata offeratur in cultum, & obsequium dei, quæ solutio videtur esse ad mentem D. Tho. citata quæst. 22. art. 2. ad 1. Bani que sequuntur RR. vnde eadē improba, sacrilegaque actione, qua carnifices corpus suum immutabant potuit Christus Dominus bene vti ipsum offerendo in obsequium, & reuerentiam deo patri ex affectu virtutis religionis, sicque in huiusmodi morali actione sacrificabat, & vere corpus suum sic immolatum sacrificium dici poterat, nam sacrificium, vt Doctores aduertunt dicitur, & de re oblata, sicut de actione ipsa, quatenus primo de actione ipsa religiosa dici debeat, indeq; denominatio ad rem in eo oblatam derinetur: neque etiam obstat, quod additur in argumento, & si enim anima Christi D. à principio sanctificata fuerit, & substantiali sanctitate ab ipsa vnione cum Verbo proueniente, & gratia habituali sanctificante, hoc tamen non obstat, quominus in cruce oblata nouo modo sanctificaretur, vt hostia actualiter tunc exhibita, & ita acquisierit in cruce nouum modum actualis sanctitatis ex antiqua gratia vnionis, quæ, conclusa ratione sacrificij, huc nouum sanctitatis modum formaliter non conferebat.

**B** Ad secundum ex D. Tho. respondetur occisionem Christi hominis cum duobus confetri posse, vel nimirum cum voluntate occidentium, quo pacto nequijt habere rationem hostiæ, sed potius sacrilegium exercendum extitit, vel cum voluntate Christi D. patientis, qui vltro se morti obtulit: priori modo impia gentium sacrificia representabant occisionem Christi Dominici secundo modo habuit mors Christi ratio-

.81. 100 C

Sacrificium  
de re oblata  
dicitur, &  
de actione  
dicitur.

Solutio ad  
secundum.  
non H. C

Mors Christi  
siquomodo  
sacrificium.

Dent. 18.

Genes. 22.  
Sacrificiū  
humangui-  
ta non est  
intrinsecē  
malum.

Indic. II.  
Sacrificiū  
Iephie qua-  
luer excu-  
sandum.  
Hebr. II.

ad tit. 10.  
D. Hieron.

nom sacrificij, nec conuenit cum sacrificijs gentilium, dicitur enim Deuter. 18. *Cauere ne imitari velis abominaciones illarum gentium, nec inueniatur in te, qui lustrat filium suum, aut filiam per ignem.* Neque obstat, quod Genes. 22. Abraham filium suum Isaacum statuerit immolare, nam sacrificare hominem innocentem, non est de se ita intrinsece malum, vt Deus, qui mortis, ac vitæ auctor est citra alicuius iniuriam id nequeat præcipere, cui & victima, & immolās obtemperare ad nutum teneantur: at vero extra Deum, cum nullus hoc supremum dominium habeat in mortem, atque vitam hominis, nullus sine crimine poterit innocentis occisionem præcipere, vnde gentes talia facientes pro cultu dæmonum scelerate agebant, ideoque merito arguebatur. Maior difficultas est de facto Iephie Galaaditæ, Iudic. 11. Qui licet non sit à Deo reprehensus, quod vnigenitam filiam in sacrificium holocausti obtulerit, in mo. 11. cap. epist. ad Hebr. inter sanctos viros referatur, id tamen factum creditur, quia spiritus, & deuotio, ex qua motus fuit ad vouendum ex Spiritu sancto proculdubio fuit, vt eodem loco insinuat, & propter victoriam, quam ab inimicis populi dei reportauit, non habuit tamen in eodem spiritu discretionem, & in reddendo habuit impietatem; vnde, vt D. Hieron. inquit: Stultus fuit in vouendo, & in reddendo impius: adde, si placet non omnino improbabile illum de tam iniquo facto penituisse, quod tamen aliquod bonum potuit figurare, nimirum virginitatem, quæ in lege gratiæ per votum maxime colenda erat, & tanquam Deo gratissimum sacrificium obseruanda,

sicut

sicut

sicut

A sicut etiam in ipsis gentilium sacrificijs, & Mosaycæ legis sacrificia; imò & multa ex legis gratiæ, quasi sub inuolucro, & veritatis ænigmate adumbrata latebāt, de quo videri debet Tertul. in lib. de præscript. aduers. hæret. à cap. 40. cum sequentibus vbi pulchre ostendit diabolum in sacrificijs gentilium æmulari, & ritus legis Mosaycæ, & legis gratiæ sacramenta ipsa falso interuenire, sic vero inquit inter alia: *Ipsas quoq; res* (loquitur de diabolo scripturarum veritatem in hæreses conuente) *sacramentorum diuinorum in Idolorum mysterijs æmulatur, tingit, & ipse quosdam vtiq; credentes fideles suos expiationem alicuorum de lanacro repromittit, & sic adhuc inuitat mithra, signat illic in fronte milites suos, celebrat, & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam, quid, quod & Summum Pontificem in vnis nuptijs statuit; habet & virgines, habet, & continentes: ceterum si Numa Pompilij superstitiones reuoluamus, si sacerdotalia officia, insignia, & privilegia, si sacrificalia ministeria & instrumenta, & vasa ipsorum sacrificiorū, ac piaculorum, & votorum curiositates consideremus, nõne manifeste diabolus morositatem illam Iudaicæ legis imitatus est? Ex multis, quæ prosequitur patienter percipite quæ dicta sunt.*

B

C

*Tertul.  
Diabolus  
æmulator  
veri sacri-  
ficij.*

Ad tertium dices cum D. Tho. sacrificium duplex esse priuatum vnum, quod quisque propria voluntate offerre potest, si debito modo, & positiua lege non sit prohibitum, alterum commune, & publicum, communique lege institutum, vt nomine totius populi offeratur, & hoc est propriissimum sacrificium, quod solus

*Solutio ad  
tertium ex  
D. Tho.*

Sacerdos offerre potest: cum autem Christus dominus veré fuerit Sacerdos, recte excellentissimum hoc sacrificium sui corporis & vitæ in vtriusque legis sacrificijs iam pridem adumbratum offerre potuit, & in cruce obtulit, non quidem sacrificium secundum legem, sed secundum propositum voluntatis suæ, patrisque præceptum quod libens, ac volens adimpleuit, dum se ipsum pro mortalium salute in cruce obtulit. Ad quartum patet solutio ex ijs, quæ diximus ad primum argumentum, nec est, cur eadem repetantur, quæ non pariunt iteratam leporem.

*Solutio ad quartum.*

## C A P. IX.

*Quid de passionibus Martyrum dicendum.*

**D**IFFICILIS sane, & gordianus indicatur nodus iste in præsentia dissoluendus, consistit autem in assignanda ratione, ob quam oblatio corporis & vitæ Christi D. in cruce vere sacrificium extitisset, non sic vero de Martyrum passionibus, vitam dum Deo offerunt in patibulis sentiendam sit.

*Inter Martyrum passionem, & Christi mortem discrimen.*

Discrimen ergo nonnulli primo constituunt in eo, quod Christus D. fuerit suæ immolationis, ac mortis causa, non modo eam ab alijs illatam acceptado, quo pacto etiam Martyres suarum passionum causa existunt, sed etiam causando illam indirecte, quia, nimirum,

A poterat passionem suam impedire aduersarios reprimendo, ne aut vellent, aut possent eum impetere ad verbum enim eius Ioan. 18. *Hostes eius abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* poterat etiam æque bene, & æque facile per animam suam, vt per instrumentū verbi efficere, ne passionis instrumenta corpus suum læderent, imò nec tangerent, vnde peculiari modo dicitur mors Christi D. ipsi volūtaria aliter, atque Martyribus propriæ passiones exitere. Nam Isai. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Et Ioan. 10. Ipse Christus D. dixit, quod nemo auferebat ab eo animam suam: vnde cum hoc modo Christo D. fuerit voluntaria mors, nō solum diuina, sed etiam humana volūtate, quod secus in Martyrum passionibus expenditur, inde fit, vt oblatio corporis Christi D. in arā crucis sacrificium sit, nō sic vero Martyrum passiones.

Ioan. 18.

Isai. 53.

B  
C Hæc ergo solutio, si in ea intelligatur Christum D. cooperando per animam suam, vt per instrumentum verbi actiue, quomodo cūq; concurrisse ad mortē suam, vt videtur indicare Medina, falsa aperte est, iam enim in aliquo sensu actiuo dici posset Christum D. se ipsum occidisse, quod, aut dicere, aut sentire impium esset: si vero discrimen statuatur in eo, quod explicuimus, quia nimirum Christus D. poterat impedire, & cohibere occisores, ne in ipsum irruerent, nō sic vero Martyres, probatur solutio Caietano iētaculo 3. nec displicet Suar. 3. p. disp. 46. sect. 1. §. dices ergo, Cabrera in comment art. 2. quæstionis 2. Aliam etiam solutionem inculcat Caiet. loco citato, quam desumit ex natura, & virtute sanguinis Christi D., qui ex vnione ad ver-

Medina.

Caiet.  
Suar.  
Cabrera.

bum efficaciam habet, vt nos possit Deo reconciliare, cum pro alijs sit etiam meritorius, quod tamē in Martyrum sanguine non reperitur.

*Reiicitur  
uterq; mo-  
dus dicēdi.  
D. Tho.*

*Christus D.  
q; modo  
moysenas.*

*Damas.*

*Scot.  
Vasq.*

Neutri tamen solutioni acquiescimus, non primæ, enim vero Martyres sæpe sæpius mortem euadere, ac tyrannorum gladios effugere potuerunt, quos non modo non exhorruere, sed etiam vt D. Tho. 2. 2. q. 124. art. 3. ad 1. neque interrogati, neque citati libentes in medium fidei zelo commoti prodibant, atque etiam paratis ensibus vltro pectus dabant, vt autem in istius modi oblationibus sufficiens voluntarium eluceret, quale sacrificium posset constituere, non opus erat, vt mortem possent omnino euitare, alioquin ipsis nature iure debitam, nam Christus dominus naturali etiam senectute moriturus erat, vt ostendunt Theologi ad 3. p. q. 14. art. 3. & 4. Nam & si ex debito peccati, sicut ceteri homines, non cōtraxerit humanos defectus, tamen defectus naturales, & indetractabiles passiones, vt loquitur D. Damascen. lib. 1. fidei orthodox. cap. 14. voluntarie suscepit, dicuntur autem huiusmodi defectus naturales, quia totam naturam humanam consequuntur, in detractabiles autem, quia defectum scientiæ, & gratiæ, non important, ex qua autem causa tunc mors Christo domino prouentret vide Scot. in 3. d. 16. q. 2. §. ad quæst. igitur. Posteriorem autem solutionem recte impugnat Vasq. disput. 84. c. 5. §. Posterior differentia, & ex ijs, quæ supra diximus explicandorationem sacrificij, quod in hac oblatione intercessit, impugnatur aperte, nam sacrificium aliud est pro peccatis, aliud etiam in gratiarum actionem, qua-

A

B

C

**A** le fuit sacrificium Noe, & Melchisedech, & quale erat illud, in quo offerebatur hostia pacifica. Deinde sacrificium pro peccatis non necessario debet offerri pro peccatis ipsius Sacerdotis, & populi, sed satis est, quod sit pro peccatis populi, sicut Christus D. verum sacrificium præstitit, quod tamen non obtulit pro peccatis proprijs, sed populi, & si lex scripta præciperet prius offerre pro peccatis proprijs deinde pro populi, & in ea lege quis extitisset proprij peccati immunis, non proinde desineret sacrificium verum pro alienis peccatis offerre, si aliud non obstaret; potuerunt ergo Martyres é conuerso offerre sacrificium Deo pro peccatis proprijs, etiam si eorum mors, & sanguis non haberet efficaciam vt posset offerri in sacrificium pro peccatis aliorum, foret enim tunc priuatum quoddam sacrificium, vt supradiximus, non tamen commune, quale extitit sacrificium corporis, & sanguinis Christi Domini in ara crucis ob efficaciam illius, quæ sufficiens erat ad delenda omnia humani generis peccata, & superabundans, vnde pulchre P. Augustin, tract. 84. in Ioannem dicit similitudinem hanc in Martyrum passionibus ad Christi D. mortem in cruce expendit dicens: *Et si fratres pro fratribus morimur, nullus tamé sanguis Martyris in peccatorum remissionem funditur, quod fecit Christus pro nobis, neq; in hoc quod imitemur, sed quod miraremur contulit nobis.*

**C** Ex alio defectu excludit Vasques supracitatus á ratione sacrificij Martyrum passiones, nam §. Respõdeo igitur, dicit Martyres non ex cultu religionis, & recognoscendo, quod Deus sit vitæ, ac mortis auctor, sed

P. August.

Vasq.  
Alio rei  
citur.

*Quid sit  
martyriū.*

ex fortitudine & charitate, ne scilicet committerent aliquid contra fidem, & legem Dei mortem subire, est enim Martyrium ex D. Tho. supracitata q. art. 1. sustinentia pia insidiarum passionum propter testificationem, seu confessionem constantem Christianæ fidei, Martyresq; ex Græca voce ijdem sunt, atq; testes, estq; quadruplicis virtutis actus Martyrium, elicitus primo, & principaliter à fortitudine, & à patientia consequenter, est autem à charitate, vt ab imperante, à qua maximam desumit perfectionem, vt docet D. Tho. art. 31. respicit vero Martyrium fidem, vt finē, in quibus omnibus nihil apparet ex quo desumatur ratio sub qua intelligamus hunc actum procedere ex cultu religionis, quod tamen multo differentius reperitur in morte Christi, per quam Deum coluit, & quam illi ex cultu religionis obtulit.

*Reijcitur  
Vasquius.*

Hanc tamen Vasquij solutionem merito impugnat Iosephus Ragusa ad citatum locum 3. p. in D. Thom. Quoniam, aut differentia hæc quod mors Martyrum nō sit ex fine, & cultu religionis, sicut mors Christi D. sed ex fine aliarum virtutum petitur ex Christi D. & Martyrum intentione, aut ex facto ipso, quia scilicet Christus D. intentionem habuerit offerendi mortem suam Deo patri ex cultu religionis, non sic vero Martyres, ex quo principio nihil certi colligi potest, potuerunt enim Martyres, sicut, & Christus D. eodem animo, atque intentione tormenta pati, mortemque Deo offerre ex cultu religionis, sicut Christus dominus obtulit: vel sumitur discrimē ex ipsa rei natura, nimirum ex Christi D. morte, & Martyrum passionibus, sed ex



**A** hoc etiam non comparet assignanda dissimilitudo, sicut enim mors Christi D. potuit esse materia sacrificij, ita etiam mors cuiuslibet alterius hominis, nisi aliunde repugnaret, & sicut mors Isacchi poterat esse materia sacrificij, quod Deus Abrahamo præceperat, ipseque Abrahamus parauerat, ita etiã Martyrum mors id habere potuit, quod expendens Hugo & D. Laurentium cum Abrahamo conferens præstantius holocaustum dicit illud, quod D. Laurentius obtulit in craticula, quam illud quod parauit Abrahamus inter cætera vero inquit: *Efficitur holocaustum Domino*, id est, *totum incensum intus igne charitatis, exterius vero flamma tribulationis, hic quia obediens efficitur filium recipit incolumen, ille, quia perseuerat in tormentis à Dei filio recipitur ad salutem.* Nec vero discrimen ex parte voluntatis diuinæ excogitari potest, quid enim obstabat, quominus Deus vellet Martyris mortẽ oblatã in recognitionem, & testimonium diuinæ excellentiæ, & recognoscendo, quod Deus auctor esset vitæ & mortis, sic illam à Martyre oblatam acceptare; reponeretur vero iam tunc talis actus in specie virtutis religionis.

*Hugo de claustro anima.*

**B** Aliunde ergo idem Auctor diuersam rationem colligit dicens Martyrum passiones potuisse quidem recipere bonitatem virtutis religionis, imo illam recepisse, tamen talem bonitatis speciem sub religione, nimirum sacrificij, nec recepisse, nec potuisse recipere, quam tamen bonitatem recepit mors Christi D. id vero probat, quoniam sola relatio in finem, & obiectum alicuius virtutis communissimè tribuit quidem actui

*Alia euasio Raguse.*

existēti in aliqua specie virtutis bonitatem illius virtutis communis, non tamen tribuit aliquam determinatam speciem sub illa, adducitq; exemplum in actu iustitiæ, vel temperantiæ, qui si fiat ex charitatis notu ob amorem bonitatis diuinæ, recipiet bonitatem charitatis, nullam tamen determinatam speciem sub illa, & hoc modo dicit Martyrum passiones oblatas, & acceptatas fuisse in honorem diuinæ excellentiæ affectu religionis, ratione tantum communi & generica, qua possunt referri in illā omnes actus boni in aliqua specie virtutum extra sacrificium, fuit enim mors illorum in specie fortitudinis, patientiæ, &c. in hac vero specie bonitatis, nimirum sacrificij, nec Deum coluerunt, nec colere potuerunt.

*Reijcitur  
Ragusa.*

Hæc & similia adducit Ragusa vir sane, & doctus, & ingenio felix, ea tamen ad minus mihi incerta, & dubia multa sunt, aliqua enim aperte claudicant, qui enim fieri potest, ut actus virtutis alicuius participet bonitatem virtutis religionis, dum ab alia virtute elicitur sub affectu, & cultu Dei, & hanc rationem non participet sub aliqua determinata specie, nimirum adorationis, voti, orationis, sacrificij, aut laudis inde enim actus elicitus ab vna virtute, & ab alia imperatus habet, quod penes affectus, & rationes motiuas, sub quibus tendit in suum obiectum, & finem secundum diuersas formalitates ad diuersas species pertineat, quia bonitatem genericam cōmunissimæ virtutis, sub qua continentur prædictæ species, participare nequit, nisi sub aliqua specie illius determinata, quatenus nimirum ab speciali virtute, quæ sit illi cōmunissimæ inferior

*Bonitas ge-  
nerica, sine  
specifica ne-  
quit parti-  
cipari.*

**A** imperatur, aut sub illius ratione motiua tendit in obiectum, aut finem.

**B** Quod monstratur eodem exemplo (clauus clauum trudit) nam actus iustitiæ, aut temperantiæ, si impertur a charitate ob amorem bonitatis diuinæ, participabit quidem rationem charitatis, non charitatis erga proximum, sed charitatis erga Deum, cum sit ex motiuo bonitatis diuinæ, & sub hac ratione tendat actus ille in Deum, ideo enim tunc quis elicit actum iustitiæ, aut temperantiæ, & sub hac ratione, & sub motiuo diuinæ bonitatis, quæ tunc est obiectum motiuum talis actus ille specificatur, & ad charitatem pertinet, eñ tamen sit elicitus a iustitia, vel temperantia, potest enim idem actus physice, & in entitate vnus ad diuersas virtutes sub diuersis motiuis, & rationibus formalibus spectare. Cernitur amplius hæc doctrina in genuflexione v. g. quæ est actus humilitatis, & adorationis externæ proportionatus quidem, vt assumatur in materia religionis, vnde, qui genuflectit ex affectu colendi Deum recognoscendiq; illum, tanquam primū principium omnium rerum in essendo, & operando vere exercet per talem actum virtutem religionis, nõ modo communissime sumptæ, sed in quadam certa, & determinata specie, nimirum latræ. Nec etiam recte procedit doctrina illa vniuersim, sicut traditur de omnibus actibus aliarum virtutum, neque enim omnes sunt proportionati, vt assumantur in materiam religionis, sicuti enim de ambulatione, aut simili actu nõ possumus vt ad ostendendam humilitatem. v. g. ita neque prudentia, aut ars habet actus proportionatos

*Exemplo idẽ ostenditur.*

*Actus virtutis vnus idem physice ad diuersas virtutes quomodo pertineat.*

*Reijcitur amplius.*

*Laurea Conimb.*

ad exhibendum Deo cultum sub affectu Religionis, ut notauimus in nostra Laurea. q. 7. Scholastica. p. 1. & probat Suar. disp. 51. in 3. p. sect. 1. Imò non ob alia fundamenta credunt multi adorationem interius consummari posse, cum sit actus religionis, quoniam potest quis elicere actum credendi motus solum ob excellentiam diuinam, ut sic se Deo submittat, illique reuerentiam præstet, erit vero tunc actus fidei obiectum, circa quod adoratio versabitur, habebitque prædictus actus credendi obiectiue bonitatem religionis, non sane in communi, sed sub determinata specie virtutis adorationis, patriæ videlicet. Propter quod fundamentum Scot. in 1. d. 9. q. 1. 6. de primo, distinguit adorationem internam ab externa, quia nimirum interna potest in prædictis actibus consumari, quod nos late probauimus de adoratione religiosa, prout distinguitur à politica, & ciuili. Confirmarique potest in alijs actibus aliarum virtutum, qui sunt affectu virtutis religionis, nullo enim modo talem affectum induere possunt, nisi per aliquam speciem virtutis religionis, voti, adorationis, sacrificij, aut similis, tuncque ratione talis affectus mediante speciali virtute participabunt rationem religionis communissime sumptæ, ut facile cerni potest in elemosina, aut simili opere, quod quis ex voto præstet. Ergo similiter mors Martyris, quæ de se est actus elicitus à fortitudine, & habet honestatem charitatis, & patientiæ, dum quis sustinet viriliter mortem, ne agat contra fidem, & legem Dei, propter quod ad has virtutes, secundum diuersas rationes spectat, poterit nihilominus, si offeratur in sacrificium pro peccatis proprijs

Suar.

Scotus.

Confirmatio  
prædictæ in  
pugnationis

**A** recognoscendo Deum, ut Auctorem vitæ, & mortis habere sacrificij rationem nisi aliud obstat.

Nec in oppositum facit quod ex D. Thom. 2. 2. q. 85. art. 3. obijcit idem Auctor, actus qui proprie dicuntur sacrificia esse illos, qui non habent ex alio laudem, nisi quia fiunt propter reuerentiam diuinam: at vero mors aliorum hominum extra Christum, si non habeat ex alio laudem ex patientia videlicet, fortitudine, aut charitate non potest propter solam reuerentiam diuinam offerri, & inferri, nisi Deo singulariter præcipiente, nam si animalia offerrebatur, illorū vita penes homines erat, cum tamen vita hominis solum sit penes Deum, qui statuit, ut propter solam reuerentiam Dei non offerretur hominis vita, sed solum ad euitandam irreuerentiam, & ne contra fidem, & legem Dei agatur, ex quo mors Martyrum laudem habet, & proinde sacrificium esse nequit, mors vero Christi D. hoc habuit, quod solum oblata est in reuerentiam Dei ad recompensandum, & refarciendum honorem diuinum, quoad fieri potuit in qualitate, & quantitate, ad quod maxime conueniens fuit mors Christi, proindeque habuit facultatem moriendi pro reuerentia Dei, offerrendique vitam suam in sacrificium pro peccatis hominum.

**B**

**C**

Non minus incerta sunt hæc, quam præcedentia, etenim quod hominis vita sit in solius Dei manu constituta, & nemo se ipsum possit occidere, permittere ve occisionem sui, ad quam non teneatur, non tollit, quod supposita illaratione propriæ mortis ab alijs, eam possit offerre in sacrificium pro peccatis proprijs bene vten-

*D. Thom.  
exponitur.*

*Mors Mar  
tyrū habet  
ex alio lau  
dem.*

*Impugna  
tio præce  
dētium.*

do peccaminosa actione occidentium, ad eum modū, quo supradiximus Christum D. vsum fuisse sacrilega actione Iudæorum crucifigentium se, neque facit discrimen aliquod, quod mors Christi D. fuisset ex præcepto Patris, non sic vero mors Martyrum, vt illa offerri posset in sacrificium, non vero hæc, vt patet ex dictis: & insuper simile præceptum posset Deus imponere cuilibet ex Martyribus, illique præcipere vt mortem ac vitam suam offerret in sacrificium pro peccatis, vnde discrimen quod desumebat ex prædicta ratione potius factum, quam naturam rei attendebat, ex qua tamen diuersitas rationis desumenda erat.

*Explicatur  
D. Tho.*

Quod vero adducitur ex diuo Thoma. q. 85. art. 3. Sic intelligendum est, vt sacrificium ex ea parte, qua constituitur sub tali specie virtutis non habeat ex alio laudem, quod non tollit, vt in eadem oblatione sacrificij reperiantur formalitates specie diuersæ, sub quibus eadem actio, idemque opus semota ratione sacrificij ad alias virtutes spectare possit. Exemplum esse potest, si quis vellet sacrificare in lege veteri ex proprijs bonis, & magnificas oblationes pararet victimarumque copiam, nam actio hæc ex ratione magnificentia spectaret ad virtutem liberalitatis, imo si id præstaret animo subueniendi pauperibus ex prædictis victimis sub ea ratione spectaret etiam prædicta actio ad misericordiam, nec tamen propter hoc, quod ex his virtutibus haberet laudem desineret in ea actione sacrificare, veramque hostiam offerre, ex quo aperte corrumpitur fundamentum supra positum: & ex opposito votum sæpe nõ habet ex alio laudem, nisi quia fit in honorem Dei:

*Retorque  
itur ratio.*

indeq;

A indeque habet, quod sit actus religionis, & tamen non est sacrificium: ergo nullo modo stat in oppositum prædictum fundamentum.

Ex dictis concludimus Martyrum passiones, si ab ipsis offerrentur Deo pro peccatis proprijs, quantum ad rem oblatam, potuisse habere rationem sacrificij; sunt enim opus de se Deo gratum, aptumque offerri in reuerentiam ipsius, neque quod ex parte tyranni sit opus flagitiosum aliquid impedit, vt probatum est: ergo potuerunt offerri in sacrificium, nisi aliud obstaret.

*Resolutio  
ex propria  
sententia.*

B Dico, nisi aliud obstaret, quoniam actio propriè sacrificatoria non est nisi ab habente potestatem supra rem oblatam: vnde oporteret Martyrem supra corpus suum cum tali potestate constituere: eam tamen haberet ad offerendum priuatum sacrificium, si primo potestatem haberet mortem euitandi, sique ipsi constaret tunc posse tradere corpus, & vitam suam in manus persecutorum, quod si admittatur, & ipse constituatur habens potestatem supra corpus, & vitam suam nihil obstabit, quominus se possit offerre in sacrificium.

C Sed quoniam communis sententia docet passiones Martyrum non posse habere propriam rationem sacrificij, ego sic eam exponerem; quia Martyrum sanguis non habet efficaciam satisfaciendi pro alienis peccatis, sicut sanguis Christi Domini, & in hoc differentiã assignatam inter mortem Christi, & Martyrum passiones probarem, verum quid impedit quominus pro peccatis proprijs in eo casu, in quo Martyrem constituimus corpus, & vitam suam pro peccatis proprijs offerre possit, an quia animalia in veteri lege occisa, & in

Obiectio.

Dilutio.

sacrificijs oblata maiorem efficaciam haberent ad expianda peccata, quam Martyrum sanguis? non plane. Quod si dicas ea sacrificia figuram extitisse veri sacrificij oblati in cruce corporis, & sanguinis Christi Domini, indeque habuisse, quod ad talium oblationum presentiam, & victimarum occisionem Deus aboleret peccata, hoc nullo modo tollit, quod sanguis hominis effusus in martyrio sub ijs conditionibus, quas supra posuimus posset pro peccatis proprijs offerri cum tota ea efficacitate, qualiscunque esset, quam posset habere ad impetrandam veniam pro ijsdem peccatis proprijs. Hoc vero posito latum adhuc cernitur discrimen inter sacrificium, quod Christus dominus obtulit in cruce, & quodcunque aliud quod Martyr in sua passione offerre posset, ut patet ex dictis.

## CAP. X.

*\*Sacrificium obtulit Christus Dominus  
in nocte Cœnæ.*



Vanquam hæc questio non sit presentis instituti, sed de ea in sacrificio Missæ agatur, ubi proprium locum obtinet, breuiter tamen pro complemento præcedentis doctrinæ, vera & catholica resolutio sit Christum dominum in nocte Cœnæ obtulisse Deo Patri sacrificium incruentum corporis, & sanguinis sui sub

Catholica  
Conclusio.

speciebus



A speciebus panis & vini, quæ probatur aperte ex loco Tridentini supracitato sessione 22. ubi disertè hanc veritatem proponit Ecclesia, & habetur etiam apud Lucam cap. 22. dum Christus dominus dicit: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur*, siue offertur; iam vero offerre propriè est actio sacrificantis, omniaque exemplaria, tam Græca, quam Latina legunt: *Dare*, siue *offerre*. Ita legit Montanus: *Quod pro vobis datur*. Sicque etiam traduxit Erasmus, & Vatablus, quanvis ex Syriaco legatur: *Quod pro vobis traditur*. Neque enim propter hoc desijt Ecclesia semper intelligere significari per id verbum veram sacrificij oblationem; in quam expositionè conuenere Patres omnes, tam Græci, quam Latini: inter quos videri possunt Theophylactus in Ioannem cap. 6. ad illa verba, *Caro mea verè est cibus*. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio, & hom. 83. in Mathæum, Clemens Alexandrin. 2. Stromat. Euseb. homil. 7. de Pascha, Gregor. Nissenus cathedesi de diuinis Sacramentis cap. 37. Pater Augustin. loco iam supracitato, Isichius lib. 6. in Leuit. cap. 22. ubi dicit, sanctificationem mystici sacrificij, & à sensibilibus ad intelligibilia translationem, siue commutationem ei, qui est Sacerdos, videlicet Christo oportet dari, id est, ipsi de eis miraculum cedere, & imputare, quia per eius veritatem, & prolatum ab eo verbū, quæ videntur tam sanctificata sunt, quàm cunctum carnis excedunt sensum.

Eandem veritatem docuit D. Thom. 2. 2. q. 85., quæ semper, vt catholica fuit in Ecclesia recepta, quod enim sit sacrum, & sanctificatum, & deinde offertur

Cœc. Trid.  
Luc. 22.

Theophil.  
Chrysost.  
Cle. Alex.  
Euseb.  
Greg. Nyss.  
P. August.  
Isichius.  
Leuit. 22.

D. Tho.

Deo in reuerentiam eius habet rationem sacrificij, sed totum hoc cōuenit corpori, & sanguini Christi, quod in Cœna obtulit sub speciebus panis & vini: ergo ut sic veram habent rationem sacrificij: Assumptum argumentationis constat ex præcedentibus, sicut enim in lege veteri hæc constituebant sacrificia, ita, & nūc: præterea Christus dominus, ut videbimus in sequentibus fuit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech: ergo sicut ille sacrificauit in pane, & vino, ita & Christus dominus; ex materia enim vtriusque sacrificij desumitur inter alia similitudo vtriusque sacerdotij.

Confirmarique potest, quia sicut occisionem, & oblationem victimæ consequabatur manducatio eius; sic etiam Christus dominus se ipsum factum victimam sub specie panis, & vini manducauit, & manducandum tradidit Apostolis; neque enim victima factus in cruce manducari poterat, sicut sub hoc mirabili mysterio, quod esset memoriale passionis, & sacrificij cruenti, vnde quoad vtrūque adumbratum fuit in immolatione, & esu agni, in occisione, ut sacrificium cruentum; in manducatione ut sacrificium incruentum Eucharistia, ut notauit Vatabl. in Scholijs ad cap. 22. Lucae.

Vatabl.

Obiectio he  
reticorum  
refutatur.

Obiectio.

Vnde non valet hæreticorum obiectio, dicentium Christum ad mortem se obtulisse in Cruce, proindeque non in Cœna; tunc enim sacrificium cruentum obtulit Deo Patri; in Cœna verò incruentum illius representatum. Si verò obijciant, quod in factis Christi nec vestigium comparet ex quo colligi possit ipsum in Cœna sacrificare, sed tantum cerni mysticum quoddam

A conuiuium, accepit enim panem in manus suas fregit, deditque discumbentibus, vnde ad summum dedit seipsum in cibum spiritualem, & sacramentum; non tamen in sacrificium: negandum est quod assumitur, etiam pertinentia ad rationem sacrificij in eo conuiuiuo reperiuntur ea, quae supra notauimus, nec requirebatur, quod in actu exercito diceret *Offero*, aut *Sacrificio*, sed satis fuit: quod re ipsa id faceret, & sacrificaret, offerretque in sacrificium Deo Patri corpus, & sanguinem suum, sicut de facto obtulit circa quod videri potest D. Thom. 3. p. q. 79. art. 5. 6. & 7. Ex quo cum sacramentum Eucharistiae simul sit Sacramentum, & sacrificium rationem sacrificij habet in quantum offertur; rationem autem sacramenti in quantum sumitur, & ideo effectum Sacramenti obtinet in sumente; effectum verò sacrificij sortitur in eo, qui offert, vel pro quibus offertur.

Solutio.

D. Tho.

B  
C Si verò postremo abijciant haeretici. Si Christus sacrificasset in Cœna per tale sacrificium consummasset nostram redemptionem, nec iam in Cruce consummasset sanctificatos, quod non est dicendum: cõsequenter inde videtur colligere, quoniam prædictum sacrificium tantæ virtutis esset, ac meriti, atque sacrificium Crucis, essetq; propitiatorium pro peccatis; sicq; vel operaretur nostram redemptionem, & haberet intentum, vel illam iam factam applicaret, quod erat impossibile antequam consummaretur in Cruce. Cõfirmarique potest primò, quoniam si Christus d. tunc in Cœna sacrificauit, nos modò non possumus sacrificare conficiendo sacram Eucharistiam, sicut ille sacri-

Alia obiectio.

Cõfirmatio obiectiois

ficauit; ille enim obtulit sacrificium memoriale futuræ passionis; nos verò offerimus memoriale passionis præteritæ.

*Solutio.*

Ad hanc vero obiectionem dicendum est vtrinq; rationem habuisse sacrificium incruentum oblatum à Christo in Cœna; erat enim infinitæ virtutis, ac meriti, & etiam propitiatorium pro peccatis, habet enim sacra Eucharistia, vt est sacrificium ex sua institutione directè vim satisfactiuam pro illis, pro quibus offertur: verum ex diuina ordinatione noluit Christus D., vt hoc sacrificium incruentum operaretur nostram redemptionem consummatam, nisi cum ordine ad consummationem crucis; sicut etiam baptismus antè passionem institutus applicabat merita Christi in passione consummanda. Ad confirmationem obiectionis respondetur sacrificium incruentum Eucharistiæ representare quidem passionem consummandam Christo sacrificanti pro tempore futuro, nobis verò nunc sacrificantibus iam consummatam pro tempore præterito, vt memoriale cruenti sacrificij, in quo conformissima est sacra Eucharistia sacrificio Crucis, vt latè ostendit

*Ad confirmationem  
solutio.*

*Casal.*

enim ( vt ille inquit ) sacrificium Eucharistiæ id in officio, quod sacrificium Crucis habuit in voluntate, quam nulla potest esse maior confortitas.



## CAP. XI.

Secundum quam naturam Christus Dominus  
fuerit Sacerdos.



X D. Thom. 3. par. q. 22. art. 2. & 1. 2. q. 102. ar. 3. ad 8. & recentioribus communi-  
ter Christus Dominus simul dicitur victi-  
ma, siue hostia, atque etiam sacerdos; cum  
enim Christus subsistat in duplici natura,

diuina scilicet, & humana per communicationem idio-  
matum de Christo dicuntur predicata non solum, quae  
illi conueniunt, qua Deus est, sed etiam, quae conue-  
niant illi, vt homo est. Vnde non solum dicitur Chri-  
stus omnipotens, sed & passus, atque mortuus, nec so-  
lum de Christo, sed & de Deo dicuntur predicata, quae  
conueniunt Christo ratione humanitatis per commu-  
nicationem idiomatum. Est tamen hac in re habend-  
am ante oculos, quod predicatum Christo conue-  
nientis ratione diuinitatis, seu vt subsistenti in sola na-  
tura diuina, non potest dici de Christo cum re dupli-  
catione humanitatis, sicque & si haec propositio sit ca-  
tholica: *Christus Deus, & homo est omnipotens.* Haec ta-  
men est haeretica: *Christo conuenit omnipotentia ratio-  
ne humanitatis.* Et haec est catholica propositio: *Chri-  
stus quatenus homo mortuus est.* Quia mori est predi-  
catum conueniens Christo ratione humanitatis, vnde  
dicitur de eo cum reduplicatione ipsius humanitatis:

D. Tho.  
Christus D.  
Sacerdos &  
victima.

écontra autem & si hæc sit vera : *Christus ex Deus* : tamen cum hac reduplicatione est hæc hæretica : *Christus quatenus homo est Deus* : quia hoc prædicatum *Deus*, non conuenit Christo nisi ratione diuinitatis : vnde non potest de eo dici cum reduplicatione humanitatis : sic ergò in præsentem non dubitamus Christum, qui est Deus, & homo subsistens in duplici natura scilicet diuina, & humana esse Sacerdotem, ita vt hæc propositio sit vera, *Christus est Sacerdos*. Quod ergò querimus est, an hoc prædicatum *Sacerdos*, conueniat Christo, ita vt verum sit dicere : *Christus quatenus Deus est Sacerdos*, seu potius ratione humanitatis, ita vt hæc sit vera propositio cum reduplicatione, *Christus quatenus homo, est Sacerdos*; idemque de prædicato mediatoris inquirimus.

Euseb.  
Arrierror

Bellarms.

Aliorum  
error.

Bellarms.  
Stanchar.  
error.

Teste Eusebio lib. 10. demonstrationis euangelicæ cap. 1. Arrius inter alios errores tradidit Verbum, vt Pontificem corpus humanum instar agni de nostro grege assumpsisse, & teste Belarmino lib. 5. de Christo mediatore cap. 3. Recentiores hæretici Christum aliter dicunt victimam, & aliter sacerdotem fuisse, victimam quidem ratione humanitatis, sacerdotem autem ratione solius diuinitatis. Alij ex opposito asseruere solum humanam naturam fungi officio mediatoris, & sacerdotis, non solum vt principium formale operandi siue vt *quo*, sed etiam vt, *quod*, & tanquam id, quod operatur, atque aded in hoc suppositum diuinum non concurrere ad prædictas actiones; hic tamen error in hac latitudine alibi rejicitur, illius auctor traditur à Bellarm. Fracis. Stac. lib. 5. de Christo mediatore. c. 20.

**A** Tertius error est Stanislai Stannitij, afferentis Christum Dominum Sacerdotem, & mediatorem esse ratione utriusque naturæ, non solum per communicatione idiomatum, sed ita, ut utraque natura sit principium formale operationum, & actionum sacerdotij Christi, distinguitque opera mediatoris, ita ut quædam diuinitatis, quædam humanitatis sint. Fundamenta prædictorum errorum, & parui momenti sunt, & in confirmatione veritatis dissoluentur.

*Tertius error Stanislai Stannitij.*

*Reg. I.*

*Conclusio.*

**B** Dicendum ergo est Christum dominum esse Sacerdotem, quatenus homo est, ita ut formale principium actionum sacerdotij Christi sit humanitas, non negamus personam diuinam sicut subsistit in humana natura, fitque, & dicitur persona humana, ita etiam ut suppositum concurrere ad actiones sacerdotij, sicut etiam ad cæteras actiones humanitatis; imò verò ex diuino supposito habet Christi sacerdotium excellentiam, & præstantiam: asserit ergo conclusio sacerdotium convenire Christo, non propter suppositum, nec propter diuinitatem, sed præcisè propter humanitatem, ita ut hæc sit vera propositio cum reduplicatione: *Christus quatenus homo est Sacerdos; suppositum enim diuinum nihil physicum cõfert actionibus humanitatis, ut sunt ab illa, & si conferat ad valorem, & dignitatem moralem: sunt enim illæ actiones hominis Dei; suppositum enim diuinum, quod subsistit in natura diuina, subsistit simul in humana. Vnde b. Cyrillus Alex. lib. 1. de fide ad Reginas, de Christo, inquit: Appellatus autem est Pontifex propter humanitatem. Idem habet Theodoretus de quæstionibus selectis in 1. Reg. q. 10. Expli-*

*Cyrillus Alex. Theodoret.*

*Cyrillus Alex. Theodoret.*

1. Reg. 20.

P. August.

Alter error  
reijcitnr.Monoteli-  
tarū error.  
Eutichetis  
error.

cans enim illud primi Reg. 20. *Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui faciet omnia, quae sunt in corde meo* (inquit) *haec autem nulli quidem homini conueniunt, sed soli Domino nostro Iesu Christo, qui quod attingit ad humanitatem nominatus fuit noster Pontifex.* Et tandē ex August. de consensu Euangelistarum. cap. 3. Christus secundum hominem, & Rex, & Sacerdos effectus est. Probatur verò iisdem rationibus, quibus ostēditur Christum per humanitatem meruisse, nam, qua Deus non habet superiorem, apud quem meruerit, est enim secundum diuinitatem æqualis Patri. Idem argumentum de Sacerdotio, & mediatione eius conficies, neq; enim, qua Deus, habet superiorē, cui sacrificet, & apud quem pro hominibus intercedat: ergò solum ratione humanitatis hoc illi competit; est enim minor Patre secundum humanitatem. Et sic excluditur vterque error supra citatus, nimirum, & sacerdotium competere Christo ratione diuinitatis, & ex opposito humanitatem non solum esse principium formale, sed etiam, vt quod, & totale actioquum sacerdotalium.

Postremus verò error, quod non sit Sacerdos per vtranq; naturam, ita vt sacerdotium illi conueniat, nō solum ratione humanitatis, sed etiam diuinitatis, ostēditur: quoniam si ratione vtriusque naturæ esset Sacerdos, & vt talis sacrificaret, aut id perageret vna, & eadem actione communi vtrique naturæ, & sic incidere-  
retur in errorem Monotelitarum inducentium vnam, & eandem vtriusque naturæ operationem, vel in errorem Eutichetis inducentis naturarum confusionem, si daretur vna operatio, ita cōmunis: & insuper vt esset à



**A** diuinitate superiore etiam non haberet, cui sacrificium offerret, mutilaq; maneret in ratione oblationis tam actiua, quam passiuæ.

Aduerte tamen, quod notant DD. in 4. dist. 4. hoc Christi Domini Sacerdotium non ponere in eius humanitate aliquam qualitatem realem, seu characterē, sed solū dignitatem, & potestatem illi conuenientē ratione vnionis hypostaticæ, per quam eius humanitas, seu per ipsam, & ratione ipsius hic homo Christus, est excellentissimo quodam modo deputatus, segregatusque ab alijs hominibus, vt potens ad merendum, & offerendum pro illis apud Deum sacrificium, quod ad sanctificandos homines est omnium & conuenientissimum, & dignissimum.

**B** Si verò quæras in quo cōsistat huiusmodi dignitas, aut ex quo resulteret? Respondetur multa includere; nā dum ita vniuersalis est includit, & quasi fundatur in dignitate capitis; sicut enim Adamus caput nostrum in genere naturæ potuit ex diuino peccato pro cūctis, & mereri, & delinquere: ita etiam Christus dominus caput hominum in genere gratiæ id habere potuit; includit etiam, seu fundatur in perfecta ratione meriti, & satisfactionis pro alijs, quæ reperiebatur in operibus Christi, & proueniebat ex vnione humanitatis cum Verbo; includebat etiam efficaciam gratiæ, & tandem diuinam ordinationem, secundum quam Christus Mediator pro hominibus institutus est, cum enim subsistat in natura humana, & diuina, recte potuit exercere Mediatoris officium pro hominibus apud Deum, & sic vt iusque extremi, & hominis peccantis, & Dei

*Christi D.  
Sacerdotiū  
quale sit.*

*Dignitas  
capitis in  
Christo D.  
qua sit?*

offensi vt verus Deus, & verus homo partes ageret.

## CAP. XII.

### De effectibus Sacerdotij Christi D.

**C**IRCA effectus sacerdotij Christi illud primo præmittendum est duos à nobis supra præcipuos assignatos fuisse effectus sacerdotij inter ceteros, orare scilicet, & sacrificare, sed adhuc exijs, orare, committitur effectus est, & nõ ita præcipuus, sicut offerre, & sacrificare, qui soli sacerdoti conuenit, illique proprius reputatur. Secundo supponendũ est, sacerdotium Christi habuisse virtutem, & efficaciam, plenamque vim ad expianda peccata, tum quia ex parte Christi Sacerdotis summi est infinitas quædam proueniens à dignitate personæ offerentis, quæ diuina est, & sicut immediate dignificat, seu potius deificat humanitatem ipsam, quæ est principium formale prædictarũ actionũ, ita mediante ipsa humanitate dignificat etiam actiones illius, easq; reponit in alio quodam superiori esse, non physico, sed morali, in ratione scilicet valoris ac meriti. Vnde si offerret in sacrificium agnum, aut columbam, seu quiduis aliud, sicut in lege scripta offerri consuetum erat, eandem efficaciam haberet, & virtutem actio sacerdotalis Christi ad expianda peccata sicut modo, quantum est ex parte offerentis: habet verò etiam nunc infinitatem quandam ad expianda pecca-

*Duo effectus sacerdotij Christi D. præcipui*

**A** ta ex parte rei oblata; est enim virtutis infinita, & infinité Deo grata, quia nimirum obtulit seipsum in sacrificium cruentum in Cruce, & incruentum in Cœna, quæ oblatio scopus, & finis omnium oblationum extitit, consummatioque est omnium sacramentorum, & omnium gratiarum compendium.

**B** Tertio supponendum est dupliciter nos loqui posse de effectibus Sacerdotij Christi: primò an habuerit effectum expiationis peccatorum, qui est præcipuus, & similiter ceteros effectus per ordinem ad alios, pro quibus obtulit sacrificium. Secundò an per ordinem ad se habuerit aliquem ex effectibus sui sacerdotij, saltè per ordinem ad ea, quæ Christus D. sibi meruit, non loquendo de expiatione peccatorum, cum in Christum cadere non posset peccatum. Vnde in Concilio Ephesino in quo præfuit D. Cyril. canone 10. definitum fuit Christum dominum non indignisse sacrificio, quia peccatum nesciuit.

**C** Postremo aduerte hanc quæstionem absolutè respectu Christi domini posse habere locum, aut de effectu sacerdotij communi, & generali, scilicet orare, qui non solum conuenit sacerdoti, sed etiam alijs, aut de proprijsimo, & quasi formali effectu sacerdotij, qui est sacrificare.

His positis, quod Christus sacrificauerit pro se ipso videtur ostendi primo, quoniam, si quid obstaret, esset, quia Christus dominus peccatum non habebat pro quo satisfaceret offerendo sacrificium, sed hoc nõ obstat: ergò dicendum est ipsum pro se etiam sacrificium obtulisse. Minor probatur quoniam in statu, in quo

*Cons. Ephesinum.*

*D. Cyril. Christus D. nõ indignit sacrificio.*

*1. argum. affirm.*

nullum esset peccatum, esset nihilominus sacrificium; esset enim signum sacrum inuisibilis interioris sacrificij, quod ad sacrificium requiritur, & sufficit ex definitione D. August. lib. 10. de Ciuit. cap. 5.

Confirmatur secundó eadem minor quoniam, omni peccato secluso, maneret natura humana Deo subiecta, maneret etiam obligatio gratias agēdi Deo pro beneficijs susceptis: ergó, secluso peccato, reperitur vera sacrificij ratio in signum subiectionis, & in gratiarū actionem, proindeque posset Christus dominus ex his motiuis pro se sacrificare. Tertió Christus dominus orauit pro se ipso, & meruit sibi: ergó sacrificauit pro se; etenim oratio, & meritum actiones sunt, quæ simpliciter ad sacerdotium pertinent. Antecedens ostenditur, nam ad Hebræos 5. dicitur de Christo domino, quod in diebus carnis suæ preces, supplicationesq;

apud Deum, qui posset illum saluum facere á morte cum clamore valido, & lachrymis obtulit, & apud Ioan. 12. Orauit Patrem dicens: *Pater uenit hora, clarifica filium tuum.*

Nihilominus tamen his non obstantibus dicendum est primo Christum dominum non sacrificasse pro se ipso, neque habuisse præcipuum effectum sui sacerdotij, qui est expiatio peccatorum. Conclusio est de fide, & manet probata ex tertio notabili. Est insuper ratio D. Thom. quoniam Christus dominus non indigebat medio, ut ad Deum accederet, sed per semetipsum accedere poterat, unde hic effectus potius communicandus erat alijs, quam sibi ipsi, idque confirmat ratione philosophica, quoniam primū agens in quolibet genere,

D. August.  
lib. 10. de  
Ciuit. c. 5.  
2. arg.

3. arg.

Ad Heb. 5.

Ioan. 12.

I. Conclusio.

D. Tho.

**A** ita in eodem genere est influens, vt non sit recipiens, sic ignis calefacit, sic sol illuminat, potestque alijs exemplis illustrari, vnde nō indiget alio aliquo lumine, nec aliquo à quo calefiat; proindeque cum Christus Dominus sit fons totius sacerdotij, Sacerdosque summus eminentiori, & perfectiori modo, non decebat, vt effectum sacerdotij præcipuum, quem alijs communicebat in seipso reciperet.

Dicendum est secundo Christum Dominum participasse effectum sui sacerdotij secundarium, & minus principalem, nimirum orationem. Hæc conclusio receptissima est, & probatur ex illo ad Hebr. 5. quod in

**B** tertio argumento adducitur, & ex Ioan. 12. & 13. & 17. manent tamen adhuc in hac conclusione duo dubia.

Primum an Christus Dominus in omni oratione participauerit effectum sui sacerdotij? Secundum: quid acquirerit per huiusmodi effectum, nimirum orationem sacerdotalem? nam ipsum etiam, vt sacerdotem orasse pro se ex dictis deducitur; erat enim Christi oratio Deo infinite grata, non alia ratione, nisi quia humanitas deificata erat ipsa diuinitate per vnionem, cum ipsa in eodem supposito, quæ vnio dicitur duorum in aliquo tertio: ex quo etiam capite actio illius humanitatis erat sacerdotalis, nulla alia præcedente vnctione; Christus enim non fuit vnctus sacerdos, nisi sola diuinitate, præconfortibus scilicet, & partibus cunctis, neque sacerdotium qualitatem aliquam Christo contulit, sicut nobis characterem imprimit.

**C** Circa primum ergo: an semper Christus Dominus participauerit effectum sui sacerdotij per orationem?

2. Conclusio.

Ad Heb. 5.

Ioan. 12.

13. &amp; 17.

1. Dub.

2. Dub.

Christi oratio  
quo modo non semper  
exaudita.

Math. 26.  
Caiet. &  
Thomista.  
Bonavent.  
Richard.  
Gabr.  
Maior.

Mat. 26.

Luc. 23.

Va'q.  
Palud.  
Oratio  
Christi semper  
exaudita.  
Alensis.

Cõciliatur  
vtraq; sen-  
tentia.

Quidam existimant non semper exauditam fuisse orationem Christi Domini, pro quo distinguunt inter orationem, quæ erat expressio affectus efficacis, & illam, quæ solum exprimebat affectum inefficacem, primaq; dicunt semper exauditam fuisse, qualis fuit illa oratio ad patranda miracula, quæ fecit, & illa, qua postulavit Math. 26. *Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu:* quæ est sententia Caiet. & Thomistarum, 3 par. q. 21. art. 4. & ex Scotistis eam tenet D. Bonavent. in 3. d. 17. art. 2. Richard. ibidem. q. 4. Gabriel. q. vnica ar. 3. dub. 2. Maior. q. 2. est etiam Durandi ibidem, & aliorum. Posteriori verò orationem dicunt non semper exauditam fuisse, sic non fuit exaudita illa oratio qua apud Math. 26. Postulavit, vt transiret ab eo calix, quæ erat expressio affectus inefficacis, & conditionati, neque etiam illa exaudita fuit apud Lucam 23. *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt.*

Vasquius verò, qui citato loco tertie partis pro se adducit Paludanum in 3. d. 17. q. 2. art. 1. cõclus 3. & Alensem 3. par. q. 16. memb. 1. art. 1. dicit orationem Christi semper exauditam fuisse, quantum est ex se, & considerato modo petitionis, & orationis, siue vt loquitur Alensis, quod attinet ad formam orationis, qui modus loquendi mihi videtur optimus, & forte in solo loquendi modo differt hæc posterior sententia à priori, nam si in oratione Christi intelligamus contineri non solum illam expressionem affectus inefficacis, & conditionati v. g. *Si possibile est transeat à me calix iste,* sed etiam posterior affectus absolutus, in quem ultimo tendebat, & cui conformabatur voluntas huma-

**A** na Christi procaldubio afferendum est orationem Christi semper exauditam fuisse, nam in illa priori voluntate conditionata exprimebat quidem naturalem displicentiam, quam habebat de morte, tanquam de malo quodam naturæ, unde hoc absolute non postulabat, sed potius huiusmodi voluntatem implicitam, & conditionatam non moriendi cohibebat, ne in simplicem actum prodiret, ut ostenditur per sequentia verba: *Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* In quibus exprimitur affectus simplex, & absolutus, qui semper per orationem fuit exauditus, & in quo Patris voluntati conformabatur.

**B** Verum, quomocunque hæc se habeant: ad institutum nostrum respondetur tertio Christum Dominum participem fuisse actionis suæ, & orationis sacerdotalis, qua rogavit pro se, & percepit semper fructum eius, si semper admittas exauditam fuisse, quem loquendi modum non reiijcimus; si verò distinguas modo supra explicato inter utranque orationem, sic consequenter dices illum in omni sua oratione sacerdotali exauditum fuisse, & participasse cum eadem distinctione, aut non participasse fructum sui sacerdotij; quia verò hoc obtinuit per orationem, quæ est effectus sacerdotij minus principalis, dicitur communiter cum Divo Thoma Christum Dominum participasse effectum sui sacerdotij secundum quid, & non simpliciter, quia non participavit effectum sacrificij.

**C** Circa secundum inquirens quidnam Christus Do-

*Christus D.  
particeps  
effectus sue  
orationis.*

*D. Tho.*

*Ad 2. dub.*

*D. Tho.**Difficultas  
in quo con-  
sistat.**§. Cōclusio.**Suar.  
Medina.  
Ragusa.*

minus per huiusmodi effectum sui sacerdotij per ordinem ad se obtinuerit? Ad quod dicendum est quarto loco meruisse sibi sui corporis glorificationem, & exaltationem sui nominis: Hæc est communissima. Probaturque Diuo Thomæ loco supracitato, nec indiget alijs in confirmationem præter ea, quæ dicta sunt de oratione Christi, & quæ communiter dicuntur de merito eius, ubi ostenditur Christum Dominum per mortem suam, & passionem, quam humiliter sustinuit, meruisse sui corporis glorificationem, & exaltationem sui nominis. Maior difficultas est, an hoc ipsum meruerit ex vi sacrificij, & quatenus se ipsum in Cruce obtulit in sacrificium, de quo.

Dicendum est quinto Christum Dominum non participasse proprium effectum sui sacerdotij, nimirum sacrificium, nec fructum illius, vnde, neque ipsam glorificationem sui corporis sibi meruit ex vi sacrificij, quod est proprius effectus sacerdotij, sed per orationem modo supradicto, quod idem est, atque ex ratione meriti bonique operis, ac deuotionis. Hæc assertio est contra Thomistas aliquos recentiores, ut videri potest apud Suarium, Medinam, & Ragusam, qui saltem hos effectus concedunt Christum Dominum habuisse ex vi sacrificij, præcipuique effectus sui sacerdotij, idque colligunt, quoniam Concilium supra citatum solum agit, & probat Christum Dominum non indiguisse sacrificio ad placandum Deum, & quod esset in expiationem peccati proprii, quia peccatum nesciuit, non verò negauit Christum Dominum potuisse sacrificare pro se ipso, aut in gra-



A tiarum actionem, aut etiam pro beneficio resurrectionis sui corporis: probant vero, quoniam etiam sine peccato dari posset vera ratio sacrificij, unde ex eo, quod Christus Dominus peccatum nesciret, solum intelligi potest ipsum non potuisse offerre sacrificium pro expiatione peccati proprij: non tamen ostenditur non potuisse pro se sacrificare in gratiarum actionem, aut alio modo non supponente peccatum; prædictam tamen conclusionem Vasq. 3. par. disput. 84. cap. 1. §. Altera pars, contendit esse de mente Diui Thomæ, & deinde §. sequenti probat

B illam esse ad mentem Concilij Ephesini. Fundamentum verò pro eadem assertionem adducit iuxta doctrinam ipsius supracitam; quoniam essentia, & ratio sacrificij pendet ex intentione ministri sacrificantis pro se, aut pro alijs; unde si Christus Dominus vellet sustinere mortem ex fortitudine, aut ex charitate non offerendo illam in sacrificium ad placandum Deum pro peccatis hominum, recognoscendoque eum, ut auctorem vitæ, & mortis proculdubio non sacrificaret: existimat autem Christum Dominum sub nulla ratione obtulisse pro se sacrificium, nam in expiationem peccatorum, certum est, quia peccatum nesciuit: pro obtinendo verò beneficio aliquo etiam prædicto modo offerre non potuit, quia non indigebat medio aliquo ad accedendum ad Deum, sicut alij Sacerdotes, nec etiam habebat impedimentum peccati propter quod opus esset, ut prius sacrificium offerret, ut eo sublato, & non impediante exaudiri posset, & obtineret, quod postulasset, & sibi mors

C

Vasq.  
Cōc. Ephesinum,

Christus D.  
non sacrificauit pro se.

ipſius, quo ad hoc ſolum prodeſſe potuit per modum  
meriti, non per modum ſacrificij. Tenaciter autem  
vult hanc ſententiam quoad omnes partes ex mente  
Concilij Alexandrini deducere, ita vt neget Con-  
cil. Chriſtum Dominum pro ſe quouis modo ſacri-  
ficaffe, ſiue in expiationem peccati, ſiue pro benefi-  
cio reſurrectionis, & glorificationis ſui corporis ob-  
tinendo, ſiue etiam in gratiarum actionem, quoniam  
Concil. abſoluté damnat eos, qui dixerint Chriſtum  
Dominum ſacrificaffe pro ſe: verba autem Concilij  
Alexandrini in Epiftola ad Neſtorium, quæ eſt de-  
cima apud Cyrillum, & poſtea fuit approbata in  
Concilio Ephelino, tomo 1. cap. 14. de Chriſto ſunt  
hæc: *Quam obrem, ſi quis dixerit non pro nobis ſolum  
ſe ipſum obtuliſſe, ſed ſimul etiam pro ſe ipſo, ille impie-  
ſatis crimen vitare nulla ratione poteſt; conſtat enim  
nunquam deliquiſſe, nullum vnquam peccatum deſig-  
naſſe, qua igitur indegebat oblatione, cum peccatum, cu-  
ius hoſtia iure, meritoq; offertur nullum admiſiſſet.* Ex  
quibus verbis colligit Concilium abſoluté prohibere,  
ne quouis modo dicatur Chriſtum Dominum ſacri-  
ficaffe pro ſe, non ſolum in expiationem peccati, ſed  
nec etiam pro obtinendo beneficio aliquo, aut in gra-  
tiarum actionem.

Nihilominus tamen vt verum fateatur mens Con-  
cilium, ſolum videtur eſſe damnare eos, qui dixerint  
Chriſtum Dominum ſacrificaffe pro ſe, ac ſi ſacri-  
ficio indigiſſet in expiationem peccati, vt oſtendi-  
tur in illis verbis: *Conſtat enim nunquam deliquiſſe:*  
per quod ſolum excluditur illud ſacrificium, quod

eſſet

Cōc. Alex.

Cōc. Alex.  
exponitur  
ab Autore.

A esset in expiationem peccati. Verum Christum Dominum pro se nullo modo sacrificasse, alia ratione ostendi potest; nam quod non sacrificasset pro obtinendo beneficio gloriæ sui corporis præcedenti ratione etiam probatur; qui enim offert sacrificium pro impetratione alicuius beneficij illud offert ad remouendum peccatum, quod obstare poterat, ne illud à Deo consequeretur, quæ ratio pariter excludenda est à Christo Domino, atque excluditur sacrificium pro expiatione peccati.

*Ratio adducitur.*

B De sacrificio verò in gratiarum actionem (quicquid de possibile sit) quod Christus Dominus de facto in Cruce non obtulerit corpus suum in sacrificium in gratiarum actionem ostenditur, quoniam sic se habuit in executione mors, & passio Christi Domini, sicut prius fuit in intentione in decreto diuino, sed Verbum carnem assumere, atque hominem fieri non idèd fuit decretum, vt Christus Dominus in Cruce sacrificaret se ipsum in gratiarum actionem: ergò postea in executione ipsius passionis non sacrificauit corpus suum prædicto modo, sed sicut caro passibilis decreta est in expiationem peccati pro hominibus, ita pro solis illis sacrificium obtulit in Cruce cruentum. In Cœna verò obtulit sacrificium incruentum memoriale passionis futuræ, tuncque gratias egit Deo Patri, enim vero sicut sacrificium istud per modum conuiuij per actum de se aptum est, & proportionatum, vt offeratur in gratiarum actionem, ita & sacrificium Crucis cruentum, & actum est ad expianda peccata, & de se non ita proportionatum, vt

*Secunda ratio Anctoris.*

*Sacrificiū in Cœna oblatum.*

offeratur in gratiarum actionem, hoc verò sacrificium Cœnæ, quod nobis est memoriale passionis præteritæ Christo Domino fuit memoriale passionis futuræ, in qua consummanda erant cuncta sacrificia; nam veteris legis sacrificia in illud tendebant, tanquam in prototypon verum, enim verò sacrificia, & sacramenta legis gratiæ exinde vim, & efficaciam obtinere debebant.

*Solutio ad primum.*

*Ad secundum.*

*Ad tertium.*

Ad argumenta ergo respondendum est. Ad primum concedendo totum, quod in eo assumitur; non negamus enim sacrificium absolutè posse offerri, quin sit pro expiatione peccati: negamus verò, Christum Dominum pro se villo modo sacrificasse de facto propter rationes dictas. Ex quibus manet soluta confirmatio, quæ in secundo argumento assumitur. Ad tertium concessio antecedente negatur consequentia, nam oratio est secundarius effectus sacerdotij, quem diximus Christum Dominum participasse, & per illum meruisse sibi gloriam corporis per modum meriti, & boni operis, ac deuotionis, non tamen proinde inferitur participasse proprium effectum sacerdotij, qui est sacrificium.

\* \*

## CAP. XIII.

*Confertur Christi Sacerdotium cum Sacerdotio  
Aaronitico, & Melchisedechiano.*



**Q**UOD Christus Dominus fuerit Sacerdos legalis, & Leuiticus probari potest primò, quoniam exercuit actus Sacerdotis legalis ministrans vt talis in templo: ergò potius fuit Sacerdos Leuiticus, quam legis naturæ. Antecedens ostenditur, nam Math. 21. vtens potestate sacerdotali eiecit mentes, & vendentes de Templo, & Luca 4. Ingressus Synagogam Nazareth surrexit ad legendum, & datus est ei liber Isaia, apertoque libro incidit in locum illum: *Spiritus Domini super me propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me*; legere autem in templo laico non licebat, indeque Thom. Vualdensis de Sacramentalibus. cap. 116. asserit Christum Dominum non in Sacerdotum, sed in lectorum numerum fuisse cooptatum, & proinde sentit ipsum fuisse de genere Leuitarum; citari etiam potest D. Pat. Augustin. 1. de peccatorum meritis. cap. 27. docens Christum Dominum exercuisse tunc in Synagoga officium lectoris, idemque docet D. Isidor. in Sermone pro Synodo, vt videri potest latius apud Vualdensem loco citato, & Canisum lib. 1. de Beata Virg. cap. 3. Vualdensis verò (vt RR. aduertunt) hoc collegit ex Suida, qui verbo

*Math. 21.*

*Luc. 4.*

*Thom.  
Vualdens.*

*P. Aug.*

*Isidor.*

*Canis.*

*Suidas.*

Christus D.  
Sacerdos  
Leuita. qui  
dixerint.

**I E S V S** refert id accepisse á Rabbino quodam, qui testatus est se vidisse librum in Templo, in quo Sacerdotum Leuitarum nomina inscribi consueuerant, ibique inter ceteros vidisse Christum Dominum scriptum, & ab omnibus approbatum præmissa genealogiæ examine; neque enim inter Sacerdotes cooperari poterat secundum legem, nisi esset de genere Leuitarum.

2. ARG.

Secundo idem ostenditur, quoniam sacerdotium legis veteris fuit propinquius Sacerdotio Christi, quàm sacerdotium legis naturæ: ergò cum vtrunque sacerdotium, & legis naturæ, & legis scriptæ figura extitisset sacerdotij Christi, illud melius tale sacerdotium repræsentare debebat, quod erat illi propinquius. Tertiò quoniam Christus Dominus Sacerdos obtulit sacrificium cruentum, quale Aaron offerebat, non verò Melchisedech: ergò potius Sacerdos legalis fuit, quam legis naturæ.

1. Cōclusio.  
Christus D.  
nulla ele-  
ctione Sa-  
cerdos.  
Hebr. 7. 8.  
& 9.

Contra prædictam tamen sententiam asserendum est primò Christum Dominum non fuisse Sacerdotem legalem, neque successione generis, neque electione hominum, aut ipsius Dei. Conclusio quoad primam partem non modo receptissima est, sed nec salua fide negari rectè potest, & quasi ex consequenti secunda pars illius; nam D. Paulus ad Hebr. 7. 8. & 9. probans Christum Dominum non esse Sacerdotem legalem, quia non traxit lineam generis sui ex Tribu Leuitica, ex qua solum tunc assuebantur Sacerdotes sic inquit: *In quo enim hæc dicuntur de alia Tribu est,* loquebatur autem de Sacerdotio Christi; cum enim

ostendisset

**A** ostendisset Christum Dominum post legale sacerdotium venisse secundum ordinem Melchisedech dicta verba protulit, & addidit: *De qua nullus alteri praestit est, manifestum est autem, quod ex Tribu Iudà natus sit Dominus noster, de qua Tribu nihil de Sacerdotibus Moyses loquutus est: idemque etiam inferius tradidit diuus Paulus de eodem Christi sacerdotio, dicens: Qui non secundum legem mandati carnalis, factus est: id est, non est Sacerdos per successionem generationis, tales autem erant Leuitici. Vnde non solum probatur ex hoc loco Christum dominum non fuisse Sacerdotem successionem naturali ex Tribu Leuitica, sed nec etiam hominum electione, qui solum ex eadem Tribu per lineam masculinam genitos eligebant, sed nec alios eligendi potestatem habebant.*

**B** Tertia vero pars assertionis ita de facto concluditur vera, quoniam nulla mentio fit in tota Sacra Scriptura talis Sacerdotij Leuitici, cuius munere functus sit Christus dominus; neque à Deo: vnde perperam sine sufficienti fundamento induceretur Christus dominus Leuita Sacerdos, ad idque muneris, à Deo designatus.

**C** Ad primum in oppositum negatur antecedens. Ad probationem eius dices Christum Dominum, dum eiecit ementes, & vendentes de Templo usum fuisse potestate diuina, & excellentiæ, quam habebat ratione vnionis hypostaticæ; sicque interrogatus à Iudæis, in qua potestate hæc faceret, ipsisque respondens alia interrogatione de Baptismo Ioannis an esset ab hominibus, vel ex Deo, illisque rursus respondentibus se

Christus D.  
ex Tribu  
Iudà, & nō  
Leuitica.

Resp. ad 1.

nescire conclusit. *Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.* Vbi satis innuit in diuina potestate tali munere usum fuisse, cuius illi cognitione carebant, qui solam ab hominibus traditam potestatem cognoscebant. Quod verò legerit librum in Synagoga non colligit illum esse Sacerdotem, aut lectorem Leuitam; sic enim D. Paul. Actor. 13. legit in Synagoga Antiochiæ, & tamen non erat de Tribu Leui; licebat enim cuihbet docto sic legere, & docere in Templo, & in hoc sensu intelligendi sunt Patres in oppositum citati. Illud verò, quod ex Suida refertur falsissimum creditur; supponit enim Christum dominum fuisse ex Tribu Leuitica, cum tamen ex Patre Christus dominus verus Deus esset, per patrem verò putatiuum Iosephū esset ex domo David, de Tribuque Iudæ, non de Leuitica, sic enim Micheæ 5. Vaticinatum est de Christo domino, quod ex Bethleem terra Iudæ nasciturus erat; qui dominator esset, ac Dux in Israel; iam verò Beata Virgo ex eadem Tribu Iudæ erat, & si verò per aliquā partem originem traxisset ex Tribu Leuitica, id tamen non sufficebat, vt Christus dominus Sacerdos esset Leuiticus; oportebat enim vt per lineam masculinam originem traheret ex Tribu Leuitica, nam & si istæ duæ Tribus Iudæ & Leui, Regia nimirum, & sacerdotalis sæpe fuissent matrimonijs permixtæ, vt constat Exod. 6. & 4. Reg. 11. Tamen sacerdotium iam demandatum erat familiæ Aaronis, Tribuque Leuiticæ, vt constat Exod. 29. & Leuit. 8. Vnde 2. Paralip. 26. Rex Ozias per paternam lineam ex Tribu Iudæ, & per maternam lineam originem trahens ex

A  
Aktor. 13.B  
Patres sicut  
præcitati  
quomodo  
intelligendi.C  
Micheæ. 5.

Exod. 6.

Exod. 29.

Leuit. 8.

2. Paral. 26



**A** Leuitica à Deo grauitè percutitur lepra vsque in diè mortis suæ, cum aliter iustus esset, & optimus Rex solum, quod sacerdotale munus sibi vsurpans atus sit adolere incensum in altari coram Domino; aliter enim permyxtæ essent, & confusæ illæ duæ Tribus, etiam quoad sacerdotium, cuius tamen oppositum constat, & apud loci interpretes latius videri potest.

*Ad 2. resp.  
D. Tho.*

Ad secundum respondet D. Thom. quod in Sacerdotio Christi duo possunt considerari, nimirum oblatio Christi, & participatio eius, quantum ad ipsam oblationem expressius figurabatur sacerdotium Christi per sacerdotium legale cum sanguinis effusione, quæ in sacrificijs veteris legis interueniebat, quam per sacerdotium Melchisedechi, in quo sanguis non effundebatur; quantum autem ad participationem sacrificij, & effectum eius, in quo attenditur excellentia sacerdotij Christi ad sacerdotium legale, melius representabatur sacerdotium Christi per sacerdotium Melchisedechi sacrificantis in pane, & vino, vt patet ex ijs, quæ supra diximus. Et inde etiam constat solutio ad tertium.

*Ad 3. resp.*

*Ad 3. resp.*

*1. Corol.*

**C** Colliges primo ex dictis Sacerdotium Christi differre à sacerdotio Leuitico penes institutionem, cum illud esset successione hereditaria, non sic verò Christi sacerdotium. Differt secundo penes effectum, cum illud non esset potens iustificare, vt supra retulimus ex D. Paulo ad Hebr. Sacerdotium verò Christi perfectissimum sit, habensque virtutem, & efficaciam, vnde & saluare in perpetuum potest.

*2. Corol.*

Collige præterea ex dictis tum ratione sacrificij

incruenti,

inruenti, tum excellentiæ, & dignitatis melius representari Christi sacerdotium per sacerdotium Melchisedechi, quam per legale, nec mirum; nam per Christi sacerdotium abolendum erat legale sacerdotium, abrogandaque lex illa per aduentum legis gratiæ: at verò lex naturalis non erat abroganda, sed perficienda, sacrificiumque illud Melchisedechi, quod in pane, & vino figura fuit sacrificij corporis, & sanguinis Christi complendum erat, superiorique modo perficiendum.

Non quærimus latè quo pacto sacerdotium Christi dicatur in æternum, siue illud tale dicatur ab vnione hypostatica, quæ perpetua, & æterna erit, siue ad distinctionem sacerdotij legalis, quod paterna successione dum extinguebatur in parentibus ad filios deveniebat, ex ijs enim quæ dicta sunt cõstare potest, quid in his sit dicendum.

3. Corol.

Tandem collige ex supradictis Sacerdotium Christi alterius esse rationis, multoque superioris, atque sacerdotium nostrum legis gratiæ, quod etiam constat, cum Sacerdos esset ex ipsa vnione hypostatica, quæ actiones humanitatis in superiori quodam ordine reponebat, vt iam supra diximus. Et de Christi D. Sacerdotio hæc satis sint: vocat nos enim iam secūds  
liber de spirituali ipsius Regno, & potestate, quæ tractatio sacerdotium iure  
suo in hac actione  
consequitur.

\* \*

A



LIBER SECVNDVS  
DE REGNO SPIRITVALI  
CHRISTI DOMINI.

B

\* \*

C



Vm quærimus Christi domini spiri-  
rituale Regnum, eiusq; in creatu-  
ras sibi subiectas spirituale domi-  
nium non agimus de Christo D.  
qua Deus est, vt sic enim æqualis est Patri, &  
potentia, & sapientia, sed agimus de Christo  
domino; qua homo est, & ratione sui Sacer-  
dotij, & Pontificatus inquirimus, quam nam  
spiritualem iurisdictionem in orbem terrarū  
obtineat, ad quidue extendatur. Quæ veró  
in hoc libro dicenda sunt per capita sequētia  
distributa hoc ordine peritringentur.

## SVMMA CAPITVM.

**C**AP. I. Christum Dominum habuisse potestatem spiritualement supra vniuersum orbem.

**C**AP. II. Fuisse potestatem excellentiã, eamq̃ habuisse statim à primo suã conceptionis instanti.

**C**AP. III. Habuisse potestatem legislatiuam, & autoritate, & ratione Theologica ostenditur.

**C**AP. IIII. Habuisse potestatem iudiciariã.

**C**AP. V. Fuit hac potestas Christi Domini monarchica.

**C**AP. VI. Prædicta potestas Christi Domini Petro comunicata, eo tamen modo quò in Christo D. fuit, est pura creaturæ incommunicabilis.

## CAP. I.

Christum Dominum habuisse potestatem spiritualement supra vniuersum orbem.



**V**ERA resolutio in hac materia est Christum Dominum, qua homo est, habuisse potestatem spiritualement supra vniuersum orbem; quæ conclusio est de fide, vt com-

**A**muniter apud Auctores; probarique potest ex cap. 28. Mathæi, ubi Christus Dominus dixit: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra*: iam verò, quod talis potestas non esset temporalis, sed spiritualis potest ostendi ex verbis sequentibus: *Euntes ergò docete omnes gentes*: in quibus insinuat potestas condédi Ecclesiam, instituendique Sacramenta, & adhuc ex posterioribus verbis: *Docentes eos servare, quacunq; mandavi vobis*, colligitur etiam potestas legislativa spiritualis, vt infra videbimus; quo circa rectè Maldonatus hoc loco dicit Christum Dominum in his verbis suas patentes literas quodammodo ostendisse, qua scilicet auctoritate Ecclesiam condat, discipulos Apostolos creet: dicit verò datam, quia & si illa potestas illi sit innata, qua Deus est, quia verò, qua homo est naturam humanam accepit, & cum ea hanc potestatem, merito dicitur illi data, vt volunt D. Gregor. Nyc. & Cyril. Alex. Aliter verò nec incongruè Maldonat. dispungit hunc locum, credens nec Christum Dominum loqui de ea potestate, quam habebat vt Deus; erant enim illi per æternam generationem omnia tradita à Patre, Luc. 10. nec de ea, quam acceperat vt homo, sed de ea, quam Apostolis tunc dabat, & proindè, de potestate Regni sui spiritualis, & ita loquebatur de potestate illa, tanquam, si eam ante resurrectionem non habuisset, & consequenter, quam habebat vt Redemptor hominum, quamque sibi per mortem, & resurrectionem suã comparauerat; quia enim homines suo sanguine à servitute peccati redemerat ius habebat, & potestatem congregandi eos omnes sub vno Regno, & dominio

Potestas cõ  
dédi Eccle-  
siã, & insti-  
tuendi Sacra-  
mēta penes  
Christu D.

D. Gregor.  
Nyc.  
D. Cyril.  
Maldon.

Luc. 10.

Spirituali,

*Psal. 2.  
Isai 49.  
v. 6.*

*v. 8. v. 9.*

*Locus Ma-  
thæi de po-  
testate spi-  
rituali.*

*Probatur  
Conc. ra-  
tione.*

*Hebr. 7.*

*Cōfirmatio  
p̄cedentis  
rationis.*

spirituali, idque probat ex Psal. 2. *Dabo tibi gentes in hereditatem tuam, & possessionem tuam in terminos terra.* Et ex Isaia 49 *Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea, usq; ad extremum terra:* siue ut legunt Septuaginta: *Dedi te in testamentum generis in lucem gentium, ut sis in salutem, &c.* Et infra: *Dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas: ut diceres his, qui uincti sunt, exite: & his qui in tenebris, reuelamini.* Idemque probat ex alijs locis, concludit vero, ideo dici Christum Dominum hanc potestatem habuisse in cœlo, & in terra, ut ostenderet se utrobique regnaturum. Et tandem, quia ex utraque hereditate futurum erat vnum ouile, & vnum Regnum, cuius ille, & Pastor, & Rex esset: verum pars illa cœlica iam acquisita erat, & in pace constituta, altera vero acquirenda, ad quam Apostolos mittebat.

Quidquid vero sit de loco Matthæi citato, in quo non est dubitandum loquutum fuisse Christum Dominum de potestate spirituali, per quam Ecclesiam construxit, & illi, ut definitur in Trident. sess. 7. Sacramenta instituit, probatur conclusio ratione; quoniam Christus Dominus excellentissimo modo fuit Sacerdos, fuit enim supremus Pontifex excelsior cœlis factus, ad Hebr. 7. Ergo excellentissimo modo habuit potestatem spiritualem correspondentem supremo Sacerdotio, & Pontificatui. Et confirmatur, quoniam Christus Dominus ratione vnionis hypostaticæ, atque infiniti meriti, tanquam supremus Sacerdos, & mediator inter Deum & homines satisfecit pro hominibus exercendo supremi Sacerdotis officium: ergo

habuit

A habuit perfectissimam potestatem spiritualement, aliter  
 A tam exerceret munus destitutus ipsius muneris præci-  
 pua auctoritate, quæ spiritualis potestas est.

## C A P. II.

*Prædictam potestatem fuisse excellentiæ, eamq̃  
 statim habuisse à primo sua concep-  
 tionis instanti.*



B **C**onsequenter ad ea quæ dicta sunt certif-  
 C sissima resolutio est Christum Dominum  
 à primo suæ conceptionis instanti ha-  
 buisse potestatem spiritualement supra uni-  
 versum orbem. Probaturo vero conclusio,  
 quoniam hæc potestas collata fuit Christo Domino,  
 simul cum sacerdotio, & officio Mediatoris, à quibus  
 non licuit, nec debuit separari, sed hæc statim obrinuit  
 à primo instanti suæ conceptionis, continuo enim cæ-  
 pit mereri, & satisfacere pro hominibus, ut late osten-  
 dunt Theologi agentes de merito Christi Domini;  
 totaque illius vita ( ut Patres expendunt ) fuit sacrifici-  
 um quoddam, quod in cruce consummarum est. Er-  
 go statim à primo etiam suæ conceptionis instati spi-  
 rituale dominium supra homines obrinuit, illorumq̃  
 supremus Sacerdos, & Pontifex constitutus est, sicut  
 1. Pet. 2. ad homines dicitur: *Eratis sicut oves errantes,  
 sed conuersi estis ad pastorem, & Episcopum animarum*

*Conclus. 1.*

*P. August.  
 Chrysost.*

*1. Pet. 2.*

G

*vestrarum:*

*vestratum*: id est ad Christum D. per fidem eius, quam profiteri ceperant.

Secunda  
probatio.

Christus sacerdos  
praecunctis  
participibus.

Secundo idem ostenditur, quoniam Christus Dominus non est constitutus Sacerdos vnctione aliqua externa, nec consecratione sacerdotali, aut legali aliqua ceremonia accedente, neque characterem aliquem per tale sacerdotium recepit, sed praecunctis participibus vnctus fuit oleo ipsius diuinitatis, & ex vnione hypostatica Sacerdos constitutus est. Ergo ad momentum ipsius vnionis hypostaticae obtinere debuit spirituale dominium tale sacerdotium consequens.

Quale Christi  
D. spirituale  
dominium.

Et ex his facile constat altera pars dubitationis, seu assertionis titulo huius capitis praefixae, nimirum, hanc spiritualem Christi Domini potestatem esse dominium quoddam omni creato superius, & excellentius, vt pote, quod proueniebat ex ineffabili coniunctione humanitatis cum diuina Verbi persona, & quod cosequebatur Sacerdotium quoddam omni alio, vt vidimus ad finem praecedentis libri, longe perfectius, & ideo breuiter sic maneat expressa praefens resolutio, vt ad caetera velocius progrediamur.



CAP. III.

Habuisse potestatem legislativam.



ertia resolutio de fide sic habuisse Christum Dominum potestatem spiritualem legislativam in univrsu orbem; definita est plane hæc veritas in Conc. Trid.

Conclusio de fide.

Conc. Trid.

sess. 6. can. 21. vbi per hæc verba anathematizantur, qui dixerint Christum Dominum à Deo hominibus datum fuisse, vt Redemptorem, cui fidant, non etiam, vt legislatorem, cui obediant. Quod etiam compluribus, iisque non obscuris vtriusque testamenti locis monstratur, nam Isai. cap. 2. & Iudæi nomine populorum significati, & gentes inuitantur vt ascendant in montem Domini ad addiscendas vias eius:

Isai. cap. 2.

*Quia de Sion exiit lex, & verbum Domini de Hierusalem:* Sicut enim lex illa prima vmbra

legis gratiæ de monte Sinai exiit præuijs fulminibus, atque terroribus per Moyfi manus Iudæis lata.

Exod. 20. Legem tamen euangelicam capit Christus Dominus Hierosolymis docere, & in Templo Salomonico quod in monte Sion dicatum erat Deo docuit officiumque Doctõris, ac legislatoris exercuit: at postquam in celum assumptus est præcepit Apostolis.

Exod. 20.

Actor. 1. cap. ne ab Hierosolymis discederent, sed expectarent promissionem Patris, ibique Euangelium promulgarunt sicut etiam Luc. 1. eis iniunxerat. Ea-

Actor. 1.

Luc. 1.

Mich. 4.  
 Ribera.  
 D. Irenæus.  
 D. Hiero.  
 D. Basil.  
 D. Cyril.  
 Procop.  
 Isai. 42.  
 Pagninus.  
 Vatablus.

Glos.

Dent. 18.

demque Isayæ verba habentur etiam apud Michæam. cap. 4. quæ eodem sensu explicat Ribera, ad citatum Michææ locum, in explanatione litterali. num. 27. ex D. Irenæo. lib. 4. contra Iudæos. cap. 67. D. Hiero. Basilio, Cyrillo, & Procopio. Nec minus clarum est illud alterum de Christo Domino vaticinium apud eundem Isai. cap. 42. *Et legem eius insula expectabunt, siue insulares, ut legunt Pagninus, & Vatablus, qui locus aperte intelligendus est de lege Christi Domini, per quam cunctæ gentes liberandæ erant, tum à falsorum deorum cognitione, & idolatria, tum à seruitute, & iugo legis Moysæ, sicque Septuaginta transtulerunt: Et in nomine eius gentes sperabunt.* Interlinealis pro lege, habet, *Euangelium*: addidit vero: *Gentes undiq; tribulationis percussæ*. Sic etiam Psal. 83. dicitur: *Benedictionem dabit legislator.* Vbi Genebrardus legit: *Induct Doctõr* (ita ut sit sensus) Doctõr, siue legislator Christus dominus benedictionibus populum suum afficiet, & cumulabit, iam vero in Euangelio Christum dominum præcepta tradidisse, & apud Matthæum varijs in locis apparet, & apud Ioannem sæpe dicitur: *Hac mando vobis: Mandatum meum do vobis, & similia alia, quæ habentur.*

Vnde iam in lege veteri Christo domino, tanquam spirituali hominum legislatori obedire præcipiebat Deus: sic enim Deuter. 18. dixit Moyses: *Prophetam de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus, ipsum audies, qui autem verba eius audire noluerit, Ego ultor existam ait Dominus.* Vbi non solum Christum dominum audire præcepit Deus, sed adhuc se futurum in



**A** eos vltorem pollicetur, qui ipsius verba legem, ac doctrinam non audierint, ac si diuinam legem violaret, sic Pagninus ex Hebræo, & Paraphrasis Chaldaea, pro *Ipsam audies*, legit, *illi obedies*: quem locum, & si Caiet. & Abul. intelligant duplicem posse habere sensum litteralem, nimirum de Prophetis Moyfi succedentibus, ita vt, *Prophetam*, in singulari sumat pro numero plurali, quasi Deus illis eo loco sponderet non de futuros Prophetas, qui legem Dei annuntiarent, ne ad diuinos, & augures recurrerent, vt ab illis edoceretur, iuxta insignem illam miseriam, & infelicitatem, quã David Psal. 73. prædicit, dum in Israele Prophetarum absentiam lamentatur, dicens: *Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta, & nos non cognoscer amplius*: tamen planus est alter sensus, scilicet, de Christo Seruatore nostro, vnde illa dictio, *Prophetam*, litteris insignitur maiusculis, quasi aliquid assueto maius, & sublimius denoter, quæ est sententia P. Augustini. lib. 16. contra Faustum. cap. 18. Probarique potest ex Actor. 3. vbi D. Petrus Spiritu Sancto edoctus eundem locum explicat de Christo domino, ex eoque probat Iudæos non cognouisse Christum D. esse illum verum Messiam, qui promissus fuerat à Deo.

**B**

**C** Neque obstat, quod Abulensis addat Christum dominum solum opinatiue, & secundum vulgi sententiam, vanamque æstimationem fuisse Prophetam, eo quod ad prophetiam necessariam credat obscuritatem cognitionis, quæ in Christo domino, neque fuit, neque esse potuit: nam talis obscuritas non est de vera, & propria ratione prophetiæ doni, vt ad 3. p. q. 7. ostendunt

Pagninus.  
Chaldaeus.  
Paraphr.  
Caiet.  
Abul.

Pl. 73.  
Exponitur  
locus Deut.  
ad lit. de  
Christo D.  
P. August.

Act. 3.

Obscuritas  
cognitionis  
non est de  
ratione  
prophetiæ.

D. Tho.  
Luc. 4. c.  
P. August.

Theologum cum D. Tho. Sicque Christus Dominus de  
se Luc. 4. cap. dixit: *Non est Propheta sine honore, nisi  
in patria sua*: vt notauit P. August. tract. 15. in Ioan.  
inde colligens recte Samaritanam de Christo Domi-  
no sensisse, cum dixit: *Domine, vt video, Propheta  
est tu.*

Lege Deca-  
logi duplici  
ratione  
obligamur.

Matth 5.  
v. 17.  
Cōc. Trid.

Cōc. Vienn.

Accedit ad præcedentia ratio Theologica, concors  
enim est Theologorum sententia Christianos ad De-  
calogi præcepta duplici titulo obligari, licet enim ad  
illa non teneamur, vt contenta in lege per Moysen la-  
ta, vt sic enim ad solum populum Israeliticum specta-  
bant, & solum vsque ad Christi Domini aduentum, &  
Euangelij promulgationem, tamen Christianos lex  
Decalogi comprehendit, vt est lex naturalis, est enim  
Decalogus explicatio quædam legis naturæ, sub qua  
ratione non solum comprehendit Christianos, sed &  
omnes homines in vniuersum: huiusmodi autem le-  
ge Decalogi tenemur præterea, qui Christi fidem pro-  
fitemur, quia Christus Dominus illam confirmauit,  
non enim venit soluere legem naturalem, sed adim-  
plere. Matth. 5. nec lex naturalis abrogata est per legē  
Euangelicam, sed potius confirmata, vnde in Triden-  
tino citata Sess. 6. can. 19. damnantur, qui dixerint in  
Euangelio nullum præceptum cōtineri præter fidem,  
itemque decem præcepta nihil pertinere ad Christia-  
nos, & similia; itemque, quod etiam damnatum fuit  
in Conc. Viennensi. cap. 11. anathematizatur, qui di-  
xerit hominem iustificatum, quantumlibet perfectū,  
non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei, & Ec-  
clesiæ, sed tantum ad credendum, quasi vero Euange-

lium

A  
Illum sic nuda, & absoluta quædam promissio vitæ æternæ sine conditione obseruationis mandatorum Dei. Ex quibus omnibus iam constat habuisse Christum Dominum legislatiuam spirituales potestatem supra vniuersum orbem, illamque exercuisse tradendo præcepta, & leges in Euangelijs contentas.

### CAP. III.

B  
*Habuisse Christum Dominum potestatem iudicariam supra vniuersum orbem.*



C  
Dicendum est quarto loco huiusmodi potestatem legislatiuam, quã dicimus Christum Dominum habuisse coniunctã fuisse cum potestate iudicariã spirituali, quã etiam habuit, probaturque iisdem fere testimonijs, quibus supra ostendimus ipsum Sacerdotis, ac mediatoris munus inter Deum, & homines exercuisse. lib. 1. cap. 5. & cap. 7. & ex locis Isai. cap. 1. & Michæ. cap. 3. citatis in hoc libro, ex loco etiã Matth. 22. & 24. & Luc. 17. & Actor. 17. aperte habetur Ioan. 5. *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio.* Ad quem locum Cyril. Alex. in Ioannem. lib. 2. cap. 240. dicit hanc potestatem Christum Dominum in quantum Verbum Dei, & Deus est, naturaliter habuisse, in quantum autem homo est factus illam accepisse à Patre, sicut ipse profitetur dicens, quod

*Habuit  
Christus D.  
potestatem  
iudicariã  
supra oēs  
homines.*

*Isai. 49.  
Mich. c. 3.  
Matth. 22.  
& 24.  
Luc. 17.  
Actor. 11.  
Ioann. 5.  
v. 22.  
Cyr. Alex.*

1. Cor.

Pater omne iudicium dedit Filio, sic enim 1. Corin. 4. ad hominem dicitur: *Quid enim habes, quod non accepisti:* dicitur tamen Pater neminem iudicare, nō quia reuera non iudicet, quidquid enim vna persona facit, & duæ aliæ faciunt, sunt enim, vt est Theologorum proloquiō, pera Trinitatis ad extra indiuisa, sed quia non iudicat sumpta persona iudicis, seu externo ritu, & forma, sicut ad Christum dominum pertinet iudicium, qua homo est, cum solus sit Deus & homo, vnde eodem cap. versu 27. dum redditur ratio, quare omne iudiciū filio tradiderit, additur: *Quia filius hominis est:* (obiter aduerte oportere hominem, ac humanum se gerere, qui iudicaturus est homines.) Ita locum interpretatur P. August. tract. 19. in Ioan. & lib. 1. de Trinit. cap. 13. & lib. 50. Hom. hom. 22. & Beda in cap. 5. Ioan. & sequitur RR. Optime ad idem confirmandum D. Gregor. lib. 22. moral. cap. 13. ad illa verba Iob. c. 31. *Et librum scribat ipse, qui indicat,* inquit (erit ergo tūc auctor iudicij, qui nunc est conditor libri, vt tunc districtus exigat, qui nunc mansuetus iubet, dixerat autem antea) Dominus ad redemptionem nostram veniens nouum testamētum nobis condidit, sed de eiusdem nos testamēti mandato discutiens quandoque etiam ad iudicandum venit, atque ita librum scribit ipse, qui iudicat.

A

B

C

Opera Trinitatis ad extra indiuisa.

P. August.

Beda.

D. Gregor.

Iob. 31.

Christus D.

iudex viuorum,

&amp; mortuorum.

Act. 10.

Deinde Christus dominus constitutus est iudex viuorum, & mortuorum. Act. 10. Iudicabitque populos in æquitate, & in veritate sua, ad ipsum ergo iudicaria in homines potestas spectat.

Sic præterea est cum ipsa rei natura congruens, vt

qui


**A** qui potestatem habuit congregandi, instituendique Ecclesiam, ferendi leges, & præcepta spiritualia, quibus perfectum, optimumque illius regimen stabiliretur, obtineret pariter supremam potestatem iudicariam supra eandem Ecclesiam, atque legum illius executionem.

Confirmatur tandem capitali in hac materia fundamento, quod difficile eneruabitur, desumitur vero ex ratione unionis hypostaticæ, a qua humanitas, & sacerdotium, & quamcunque aliam dignitatem, siue potestatem illi consequentem, aut annexam habuit, & non quomodocunque, sed perfectissimo, atque excellentissimo modo.

*Cōfirmatio  
precedentis  
argumēti à  
Patrum au-  
thoritate  
petiti.*

## CAP. V.

*Fuit prædicta Christi Domini potestas  
monarchica.*

**C**  præcedentibus præsertim vero ex hoc postremo fundamento nõ erit dubia cõiectatio asserentis prædictam potestatem, quam Christus D. supra omnes homines statim à primo suæ conceptionis instanti obtinuit Regiam, ac Monarchicam fuisse, sibi que in Ecclesia spirituale Regnum fundasse; sic enim toto Psal. 2. de eo dicitur, quod constitutus est Rex super Sion matrem sanctum eius, quod ibi prædicaturus erat diuina præcepta, quod gentes in sibi propriam posses-

*Potestas  
Christi D.  
Regia.*

*Ps 2*

tionem

*Isai. 2.**Cruce Christi  
Regnum*

*Pf. 95. iux-  
ta lectionē  
Romanā,  
& Gothicā,  
Tertul. etiā  
Iustin. La-  
ctantius Cy-  
prian. Leo,  
P. August.  
Deut. 33.  
Tertul. ad-  
uersus Iu-  
dæos c. 11.  
pag. 144. n.  
128. cū seq.*

tionem cederent, quæ late per vniuersæ terræ fines dif-  
fusa protelaretur: sicque etiā apud Isai. cap. 2. dicitur,  
quod principatus eius factus est super humerum  
eius, quod recte exponitur de humanitate ipsius: acute  
quidem, & non incongrue de Regno crucis, quam suis  
impositam humeris Christus dominus ad passionem  
duxit, & in cuius titulo inscriptum fuit, permansitque  
inuitis, & reclamantibus perfidis Iudæis: *Rex Iudæo-  
rum*: regnauit enim à ligno Christus Deus, & homo.  
Sic etiā facit ad hanc eandē allegoriam insignis locus  
ex Deuteron. 33. vbi Moyses suas singulis Tribubus  
benedictiones diuidens sic inquit ad Iosephum quasi  
primogeniti Tauri pulchritudo eius, cornua Rhino-  
cerotis cornua illius, in ipsis ventilabit gentes vsque  
ad terminos terræ, hæ sunt multitudines Ephraim, &  
hæc millia Manasse; quem locum pulchre satis, & ad  
nostrum institutum apposite Tertullianus dispungit  
ex huiusmodi vaticinio supremam iudiciariam pote-  
statem Christi domini in gentes vniuersas colligens,  
sic vero inquit lib. aduersus Iudæos: *Non utiq; Rhino-  
ceros destinabatur unicornis, vel minotaurus bicornis:*  
(loquebatur hucusque de Iosepho qui eo loco benedi-  
citur) *sed Christus in illo significabatur, Taurus ob  
vtraque dispositionem, alijs ferus, ut iudex; alijs man-  
suetus, ut Saluator, cuius cornua essent crucis extima,  
nam, & in antenna nautis, quæ crucis pars est, hoc ex-  
tremitates huius cornua vocantur: Unicornis autem  
media stipis palus: hæc deniq; virtute crucis, & hoc modo  
cornutus vniuersas gentes, & nunc ventilat per fidem  
auferens à terra in calum: & tunc ventilabit per iudi-*

A

B

C



**A** *cium deiciens de caelo in terram* : & in sequentibus idem prosequitur circa benedictionem, quam Iacobus Genes. 49. imprecatus fuit Simeoni & Leui. In confirmationem vero præmissæ nostræ resolutionis expendi potest Regium vaticinium Pl. 71. ubi Christus Dominus dominaturus introducitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum : sicque Apoc. 1. Firmo Solem Aquila conspicata obtutu scriptum legit in favore eius : *Rex Regum, & Dominus dominantium* : per *famur* autem intelligit P. August. lib. 16. de Civit. cap. 33. humanitatem, & eandem expositionem tradit D. Hieron. epist. ad Principiam non est autem negandum esse locum intelligendum de spirituali Regno, quod cum suo sacerdotio obtinuit: quo circa propter eam auctoritatem spiritualem, quam sacerdotium secum defert fuit semper ante oculos cura maxima circa delectationem eorum, qui ad sacerdotiū erant assumendi: consequens vero est, ut summum Sacerdotium summa etiam spiritualis potestas comitaretur, quapropter, cum Christus Dominus, ut vidimus, ab ipsa vñione hypostatica haberet sacerdotium supremum, & omni alio nullo excellentius, sicut præceteris omnibus differentius nomen hæreditavit, ita proculdubio, & Regiam monarchicam potestatem spiritua-  
**B**  
**C** *lem in vniuersum orbem obtinuit.*

Interim dum locus alter in præcedentium confirmationem, quasi pro coronide paratur. Clementem Alexand. Stromat. cap. 3. de vestibus sacerdotalibus sic differentem audiamus. *Hinc ad imaginem Dei eligebantur Pontifices, qui erant probatissimi ex Tribu Sa-*

Genes. 49.  
Benedictio  
Simeon &  
Leui.  
Pl 71.

Ioan.  
Apocal 1.  
P. August.  
lib. 16. de  
Civit. c. 33.  
D. Hiero.

Cle. Alex.

*Quales Sa-  
cerdotes, &  
Reges.*

*etificata, & qui ad Regnum, & qui ad prophetiam erant  
electi ungebantur: unde etiam Aegyptij, non quibus libet  
ea, quae erant apud ipsos committebant mysteria, neq; re-  
rum diuinarum cognitionem deferebant ad prophanos,  
sed ad eos solum qui erant ad Regnum peruenturi, & ex  
sacerdotibus ij qui iudicati fuerant probatissimi, & edu-  
catione, & doctrina, & genere.*

*Ezech. 21.*

Postremo eadem regia spiritualis Christi domini  
potestas non obscure ostenditur ex cap. 21. Ezechie-  
lis, vbi praedicens propheta spoliandum esse Regem  
Israel diademate, Regnoque, ac sacerdotio ad eum in-  
quit. *Aufer cidarim, tolle coronam:* quasi dicat, Deus te

*Exod. 8.  
Leuit. 8.*

à Regno, ac principatu deturbabit, sacerdotioque pa-  
riter spoliabit, nam cidaris pertinebat ad Pontificem,  
corona ad Regem, sic Exodi cap. 8. praecipitur fieri ci-  
daris Aaroni, & Leuit. 8. Moyses textit cidari pontificis  
caput, super quam versus frontem posuit laminam au-  
ream consecratam, erat autem cidaris victa, qua sacer-  
dos caput, redimitum, & circumuolutum gestare con-  
sueuerat, etiam si aliquando pro capitis tegumento

*Perfarum  
Reges ute-  
bantur ci-  
dari.*

vsurpetur, praesertim vero, quo Reges Perfarum uteba-  
tur, promittit ergo Deus eo loco per Ezechielem coro-  
nâ se, & cidarim, idest Regnum & sacerdotium abla-  
turum ab Ezechia, quod ille sibi, vt multi volunt, sa-  
cerdotium vsurpasset, quod iam disunctum erat à po-  
testate Regia. Addit ergo infra Propheta: *Donec ve-  
niat, cuius est iudicium:* idest, donec veniat Christus  
Messias promissus, cuius typus praecessit in Melchise-  
dech, qui Rex simul, & sacerdos extitit, qualis etiam  
ipse futurus erat, in eo enim iterum Regia potestas,

*Locus de  
Christo D.  
iudice.*

saltem

**A** saltem spiritualis coniuncta fuit cum sacerdotali, & utraque excellentissimo quodam modo omni alio præstantiori: simile vaticinium de Christo domino reperitur. Genes. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse est expectatio gentium.* Vbi Chaldaea paraphrasis iussu Leonis X. typis mandata sic legit. *Non auferetur habens principatum à domo Iuda, nec scriba à filijs filiorum eius, donec veniat Messias, cuius est Regnum, & ipsi obediunt populi* Hæc vero testimonia, & similia intelligenda esse de Regno spirituali Christi D. constat est grauissimorum interpretum sententia, & libro sequenti nos apertius ostendemus.

Genes. 49.

**B** Neque etiam est hæc resolutio ratione destituta, nã Regnum nihil est aliud, quam multorum vnio sub vno principe in communi bono, quod per se ex tali vnione adinuicem sub vno principe proueniat: at qui fidelium congregatio sic se habet sub vno. principe capiteque nostro Christo domino Seruatore nostro. Ergo sub eodem capite constitutum est Regnum spirituale ipsius, ipseque Christus dominus vere spiritualis Rex noster est tanto veteris Regibus præcellentior, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit, cuius Regnũ gens sancta est, & regale sacerdotium, non in comitantis seruorum turbæ apparatu, sed in pacata quadam, & felici animorum moderatione consistens.

Ratio in confirmatione.

**C** Cum vero congregatio fidelium sit sub vno principe consequenter, neque democraticam, neque aristocraticam, sed monarchicam rempublicam constituit, vt late probat Cardinalis Bellarm. contra Recentio-

Principatus spiritualis Christi D. Monarchicus.

Bellarm.

Ierem. c. 16

Glos. ord.

Lyan.

Isai. 49.

Glos.

Pro Epiph.

Lyan.

res hereticos. lib. 1. conuerſ. 3. a cap. 6. & deinceps: sic enim iam olim in spiritu Vates Ieremias Christum alloquutus principatum eius vnicum, regale, & monarchicum cap. 16. prædixit dicens: *Ad te gentes venient ab extremis terra, & dicent vere mendacium possederunt Patres nostri, vanitatem, quæ non profuit eis: vbi Septuaginta legunt, quam falsa possederunt Patres nostri, idola, & non est in eis utilitas;* Qui locus de congregatione fidelium per Apostolorum prædicationem qui ex gentibus ad veram Christi Domini cognitionem erant adducendi communiter exponitur ita Glos. ordinaria. Lyanus, Hugo & cæteri. Sic Isai. 49. dicitur Christus Dominus datus in lucem gentium. Et cap. 60. ad ipsum dicitur: *Lena in circuitu oculos tuos, & vide omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, &c.* vbi Glos. interlinealis eos congregatos intelligit, quando facti sunt in fide fortiores, quando iam Ecclesia lac, & pueriles cibos capit deponere, lac enim, & potum recentibus in fide paruulis, non escam dedit Apostolus, cum vero iam congregari capit spirituale Christi Regnum inuitatur, vt videat Ecclesiæ inclytanti monarchiam Regibus, ac principibus per omnes orbis partes adorandam, & infra idem Isai. *Et adificabunt filij peregrinorum muros tuos & Reges eorum ministrabunt tibi, & aperientur porta tua iugiter: die, ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur, gens enim, & Regnū, quod non seriuerit tibi peribit, & gentes solitudine vastabuntur.* Hæc & similia loca tunc iam capisse adimpleri inquit Lyanus, cum Magi, Christo

A domino tanquam supremo Regi sua munera obtulerunt: de Regia vero potestate Christi domini spirituali, cui Reges omnes, tanquam supremo principi parere tenentur illa explicant P. August. de unitate Ecclesie cap. 7. & Prosper de predic. Dei p. 3. iuxta illud Isai. 49. dictum ad Ecclesiam gratie Christi domini sponsam: *Erunt Reges nutritij tui, & Regina nutrices tua vultu in terram demisso adorabunt te & pulverem pedum tuorum lingent.* Ad hæc egregie D. Cyrillus. lib. 12. in Ioan. cap. 12. explicans illa verba Christi domini apud eundem Ioannem cap. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo: & illa Tu dicis, quia Rex sum ego: inquit: Non negat Regni sui gloriam, qui verus est Rex.*

P. August.

D. Cyril.

B Et ratio tandem ex dictis est manifesta. Nam ubi ad vnum caput dominium & potestas tandem recurrat super ceteros, qui pro communi bono vniuntur sub vno principe, ita, vt per se ex tali vniõne bonum intendant, ibi reperitur ratio Regni, & consequenter in tali capite, & principe sub cuius potestate ceteri constituti sunt ratio Regis: sed vt videmus hoc modo se habet dominium & potestas spiritualis in Christo D.

Ratione ostenditur.

Christus D. fidelium caput.

C respectu congregationis fidelium, qui sub illo tanquam sub capite suo supremo vniuntur, nupit ergo isti Regnum spirituale, ille vero spiritualis Rex constituitur.

## CAP VI.

Potestatem spiritualem suam supra uniuersum orbem communicauit Christus D. Petro, eo tamen modo, quo illam habuit communicare non potuit.

**P**ater August. Serm. secundo Apostolorum Petri, & Pauli expendit quomodo Diuus Petrus eandem per participatione à Christo Domino potestatem habuit, quam ipse Christus Dominus propria uirtute obtinuit. Diuus etiam Basilius homil. 11. de pœnitentia sic inquit: *Cum ego sim inuictibilis petra, ego lapis angularis, tamen, tu quoq; petra es. quia mea uirtute solidaris, ut qua mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia;* ubi plura adducit ostendens, quomodo Deus communiquei suas dignitates, non euacuans se (ut ille inquit) sed habes dar, lux est, vos estis, inquit, lux mundi. *Math. 5. Sacerdos est, Sacerdotes facit, ouis est, ecce inquit mitto; vos tanquam oues in medio luporum, petra est, petram facit, & quæ propria sunt illius largitur seruis.* Diuus Ambrosius in Luc. 9. & D. Paulinus Epist. 4. ad Severum inter multa concludunt, nihil mirum esse, si tot dignitates adeoque supra omnem humanam euectas largiatur Christus D.

D. Basilius

Math. 10.

Luc. 10.

D. Ambr.

D. Pauli.

illis,

**A** illis, quibus & patrem ipsum, & Regnum etiam suum voluit esse commune, cum Ioan. 1. dicat: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Et Psal. 81. *Dij estis, & filij excelsi omnes.* Videatur ad idem institutum D. Ioan. Chrysof. hom. 55. in Matthæum, & hom. 87. in Ioan. D. Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 12. Hilarius super cap. 16. Matth. D. Hiero. lib. 1. contra Iouinianum, & præter Patrum loca citata complura alia videre quis late poterit apud Thomam Ramon in fasciculo aureo de primatu Diui Petri fere per totum, neque in hac actione indigeres longiori probatione, cum sit omnium animis satis insitum suam Christum Dominum potestatem eius in terris Vicario Petro contulisse, quod & in spiritu iam veteri testamento adumbratum multis in locis crediderunt sancti Patres P. August. Serm. 78. de tempore, D. Ambros. lib. 1. de Abel, & Cain. cap. 2. Ruppert. Ab. comment. in Genes. lib. 7. c. 17. D. Prospert. lib. 1. cap. 20. In nouo autem aperte continetur hæc veritas sæpe sæpius repetita, neque enim semel Christus Dominus dominici gregis Petro curam commisit, sed id ipsum aliquoties Petro inculcauit.

**B**

**C** Quod vero attinet ad secundum nimirum hanc potestatem spirituale[m] supra vniuersum orbem eo modo, quo fuit in Christo Domino nulli puræ creaturæ communicatum fuisse; imo, & quoad aliqua communicari non potuisse consequens est ad ea, quæ superius tradita sunt. Sicut enim sacerdotium Christi Domini singulare fuit utpote ab vniõne hypostatica singulari, & ineffabili modo proueniens, ita & potestas, quæ tale sacerdotium subsequuta est, singularis quoque

*D. Chryso.  
D. Cyril.  
Alex.  
D. Hilar.  
D. Hiero.  
Thomas  
Ramon.  
Potestas Pe-  
tro à Chri-  
sto D. col-  
lata.  
D. Ambr.  
D. Prosp.*

*Pasce oues  
meas.*

*Qualẽ po-  
testatẽ Chri-  
stus D. cõ-  
municauit.*

esse debuit, fundataque in prædicta vnione, indeque habebat, quod potestas excellentiæ diceretur: vnde etiam actus huius potestatis Christus dominus exercuit superiori etiam, & singulari modo, solus enim Ecclesiam condidit, Sacramenta instituit, Sacerdotibus alijs potestatem concessit ad remittenda peccata, ad iudicandumque de illis in foro animæ, solus etiam ipse potuit absque certis verbis, vel signis animas sanctificare, peccataque dimittere, vnde etiam si Summo Pontifici Petro eius in totis Vicario participationem prædictæ potestatis tradiderit, nulli tamen illam tradidit eo modo, & cum ea independentia quam ipse habebat, sed illi potestatem tradidit sub certa quadam forma, & modo ab ipso Christo domino præscripto, à quo deuiare non licet, & proinde ceteri omnes Petri successores, tanquam ministri Christi domini operantur, ipse vero in omnibus operatur ad Ephes. 4. vt P. August. ostendit ad illa verba Ioan. *Hic est, qui bapti-*

o Secunda vero pars resolutionis ostenditur. Quoniam sanctificare iustos ex perfecta iustitia, satisfacere ad æqualitatem pro peccatis aliorum, & alij similes effectus sunt incommunicabiles puræ creaturæ, propter intrinsecum ordinem, quem habent ad personam diuinam, à qua actiones valorem, & efficaciam desumunt. Posset nihilominus puræ creaturæ communicari potestas ad instituenda sacramenta, imo, & ad Ecclesiam condendam, & ad similia, quæ non necessarium requirerent diuinitatem in persona operante, verum adhuc in exercendis huiusmodi actibus semper

Aliter Christus Dominus sanctificare potuit, atque alij sacerdotibus.

Potestas Summi Pontificis à Christo Dominus Ephes. 4.

Puræ creaturæ non satisfaciunt pro peccatis ad æqualitatem.

Que potestas puræ creaturæ incommunicabilis.




A  
para creatura vteretur potestate participata, aliterque  
se haberet, atque Christus Dominus, qui connaturali  
modo, & potestate ab alio independente praedictos  
actus exercuit, & haec de hac secunda parte praesentis  
concertationis dicta sufficiant, & dum spirituale  
Christi Domini dominium in vniuersum or-  
bem ostensum relinquimus, ad temporale  
Regnum, ac dominium in eisdem  
homines, si quod habuit,  
properemus.





LIBER TERTIVS  
DE REGNO, ET DOMINIO  
temporali Christi Domini.



X P E D I T I S ijs, quæ spectare uisa sunt pro loco, ac tempore ad Christi Domini sacerdotium, eiusque spirituales in orbem terrarum potestatem, quæ ipsum sacerdotium consequeretur, disputandum iam postremo loco venit de Regno, ac dominio temporali ipsius Christi Domini in uniuersos homines, an scilicet, sicut ipse spiritualis Rex constitutus fuit supra orbem terrarum, ita etiam temporale aliquod dominium supra ipsum obtinuerit, vereque Rex fuerit temporalis totius orbis, de quo Scholastici varijs in locis in progressu citandi.

A

## SUMMA CAPITULUM.

**C**AP. I. Nonnullis animaduersis aperitur status controuersia.

Cap. 2. Christum D. temporalem Regem fuisse Iudaeorum, qui censerint? & quibus fundamentis?

Cap. 3. Opposita sententia statuitur.

B

Cap. 4. Soluuntur affirmantis sententia fundamenta.

Cap. 5. Qui censerint, & quibus fundamentis Christum D. Regem fuisse temporalem, ac dominum totius orbis.

Cap. 6. Idem ostenditur ex Scriptura sacra, & Sanctis Patribus.

Cap. 7. Rationibus confirmatur eadem sententia.

C

Cap. 8. Auctores oppositae sententiae referuntur, & ex locis sacrae Scripturae suadetur.

Cap. 9. Ex Concilio Trident. & Patrum doctrina ostenditur.

Cap. 10. Rationibus efficaciter confirmatur.

Cap. 11. Iudicium de utraque sententia, & soluuntur prioris fundamenta.

Cap. 12. Posterioris fundamenta diluuntur.

## CAP. I.

*Aperitur status presentis controversia.**Questionis  
sentus de  
Christo D.  
qua homo  
est.**Neq̄s de do-  
minio indis-  
recto.**Neq̄s de suc-  
cessione.*

**V**T facilius percipiantur, qui in progressu dicenda sunt, oportet primo in vestibulo nonnulla præmittere, quæ cæteris facem præferant. Primo ergo, sicut in præcedenti quæstione, non agimus hoc loco de Christo D., quæ Deus est, sed, quæ homo est: cum dubitari nequeat ipsum, quæ Deus est, supremum quoddam, & excellentissimum dominium super omnes res creatas habere.

Neque etiam quæstio excitatur de dominio indirecto, quod provenit ex dominio spirituali, & quatenus res temporales ad spirituales ordinantur, ut sic enim uti rebus temporalibus in ordine ad spirituales finem, & salutem animarum est indirecte uti temporali dominio, de quo non est dubitandum tale dominium Christum D. supra res omnes habuisse, ut ex pendentibus, quæ in præcedenti libro dicta sunt, & quæ dicenda supersunt facile patebit.

Tertio loco non quærimus, an prædictum Regnum, & dominium temporale orbis ad Christum Dominum spectauerit hæreditario iure, quasi illud per hæreditariam parentum Beatissimæ Virginis successionem obtinuerit: hoc enim dubium speciatim controuertitur de Regno Iudæorum, & in eo, quid dicendum sit patebit ex sequentibus.

**A** His poſitis adhuc Iacobus Almainus lib. de poteſtate eccleſiaſtica cap. 8. diſtinguit inter iurisdictionē, & proprietatem, proindeq; aliud dicit eſſe quærere, an Chriſtus Dominus fuerit Rex, & aliud an fuerit Dominus: nam poteſtas Regia nihil eſt aliud, quam iurisdictionio temporalis, cuius actus ſunt iuſta præcipere, iniuſta prohibere: dominium autem in eo conſiſtit, quod quis re aliqua libere in omnem uſum vti valeat. vnde conſequenter inferit poſſe aliquem habere ius Regium in eas res, quarum non ſit dominus, & éconuerſo poſſe eſſe dominum earum, quarum non ſit Rex, quæ doctrina videtur probata philoſopho. 1. polit. cap. 3. vbi dicit *Ius Regium non eſſe dominatum*, quod diſcrimen inter vtrunq; ius prædicto modo aſſignatum veriſſimum eſt, quidquid in oppoſitum ſentiat Conrad. tract. 1. de contract: nam, multarum rerum quælibet priuata perſona verus eſt Dominus, cum illis poſſit vti libere in omnem uſum, & tamen ipſarum rerum non eſt Rex: Et ex altera parte ſi Rex illarum omnium rerum, quarum Rex eſt, velit fieri Dominus tyrannus erit, qualis eſt Turca Magnus ſibi ſæpe ſæpius uſurpans earum rerum dominium, in quas ius habet Regium, quidquid reclamet Hoſtienſis in Summa tit. de perſcriptionibus §. quæ autem, enimvero dominium, quod in Principe reſidet ratione Regiæ poteſtatis architectonice in eo reperitur, & prout ipſe, tanquam caput Reipublicæ tali dominio, ac Regio iure in commune bonum vti debet; diſtinctumq; eſt ab eo priuato dominio, quod ipſe obtinet in res priuatas, ſibiq; proprias.

**B**

**C** Quanquam vero hæc ita ſint, & prædictam vtriuſq;

*Iac. almai.  
aliud iuriſ-  
dictio, &  
aliud pro-  
prietas.*

*Diſcrimen  
inter ius  
Regium,  
& domi-  
natum.*

*Ariſt.*

*Conrad.*

*Turca ty-  
rannus.  
Hoſtienſis.*

*Alphonf.  
Mendoga,*

iurisdictionem ad præsens institutum sum in opere cō-  
ducere asseuerat Alphonfus Mendoga Augustinienfis  
noster in suis quodlibethis Releatione de vniuersali  
Christi Regno & dominio. §. 12. Ego tamen non vi-  
deo, quare opus sit in Christo D. Regiam potestatem  
à dominio distinguere, si enim Christus Dominus  
Regiam potestatem habuit supra orbem terrarum, cū  
illam intuitu hereditariæ successionis non obtinuerit  
fit consequens, vt illam obtinuerit, vel ratione vni-  
onis hypostaticæ, vel, quia caput esset spirituale omnium  
hominum, quod etiam in eadem vniōe fundamentū  
habuit, quocunq; autem ex his modis semper Regia po-  
testas secum deuoueret vniuersale dominium, & idē  
argumentum fieri potest de dominio ad potestatem  
Regiam, ac proinde, etiam si hæc ab inuicem separari  
possint, non est, cur in Christo Domino, quoad præsens  
institutum distinguantur.

*Dominium,  
& ius Re-  
giū in Chri-  
sto D. non  
distinguen-  
dum.*

## CAP. II.

*Christum D. fuisse temporalem Regem Iudæorum,  
qui censerint, & quibus fundamentis?*



T verò adhuc plenius percipiantur, quæ  
dicenda sunt in sequentibus, & hoc etiã  
præmittendum est, an scilicet Christus  
Dominus hereditaria successione per  
parentes Beatissimæ Virginis ius aliquod

habuerit

**A** habuerit ad Regnum Iudæorum, de quo celebris est inter sacræ paginæ interpretes controversia nunc à nobis scholastica potius concertatione laconicè decidenda, quā protelata historiæ serie amplianda: multi enim per rectam successionis lineam conantur ostendere Iudæorum Regnum ad Christum Dominum, dum apud nos versabatur hæreditario iure deuenisse: alij vero ex opposito sibi persuadere nullum ius ad Regnum Iudæorum temporale Christum Dominum habuisse. Interpretis est Burgenfis in cap. 1. Matth. additio-  
**B** ne 2. concl. 3. & Bacchon. teste Vualdense lib. 2. cap. 76. & Armachan. lib. 4. de quæst. Armen. c. 15. Qui in hanc sententiam deuenere, quod Christus Dominus ex Nathan, per Beatissimam Virginem, & ex Dauid per Salomonem genus traxerit, vnde, cum iam deficeret vir ex eadem tribu, & familia ius Regni ad Beatissimam Virginem delatum fuit, & per eam ad Christū Dominum: neq; obstabat, quod Virgo Deipara fæmina esset, nam, vt constat ex Num. 27. & 39. deficiente viro fæmina in hæreditatem succedere debebat, & proinde cum iam deficeret vir de Regia stirpe Dauid totum ius Israelitici Regni deuoluebatur ad B Virginē, & per illam hæreditario iure ad Christum D., neque est excogitabilis alicuius momenti ratio, ob quam ab hac communi successionis lege Regium ius exciperetur, nescilicet, viro deficiente, ad fæminam ex eadem stirpe deueniret eadem lege, eodemque iure stante.

**C**

Præterea Christus Dominus passim in diuinis literis Rex nuncupatur, sic Psal. 2. supracit., sic Isai. 9. de eo dicitur quod *Sedebit super solium Dauid, & super*

*Burgenf.  
Matth. 1.  
Bacchon.  
Tho Vual.  
doctrin.  
Armachā.*

*Num. 27.  
39.*

*Fæmina hæres Regni deficiente viro.*

*Psal. 2.  
Isai. 9.*

*Ierem. 3.**Zachar. 6.**Michea 5.**Matth. 2.**Luc. 2.**Ioan. 12.**Ioan. 8.**Crucis ti-  
tulo Chri-  
stus D.**Rex.**Alb. Pygb.*

*Regnum eius in eternum*, dicitur etiam *Ierem. 3. Quod regnabit Rex & sapiens erit*. Et *Zachar. 9. Dicite filia Sion, Ecce Rex tuus venit tibi*. Quod proculdubio de Christo Domino, & Iudæorum Regno intelligendum est, idemque etiam vacinatatum est *Michea 5.* multisque alijs in locis, quæ longum esset recensere In nouo etiam testamento, vbi iam veritas ipsa sine ænigmatum inuolucris propalata est *Matth. 2. Luc. 2. Ioan. 12.* passimque alibi Rex Iudæorum dictus est Christus Dominus, nusquam vero clarius, & expressius, quam *Ioan. 8.* vbi, cum Christus D. à Pilato interrogaretur, an ipse Rex Iudæorum esset respondit, *Tu dicis*, quæ verba apertè consensum præse ferunt; non aliter vero Christus D. Pilato interroganti consentiret se Regem esse tacite asseuerando, nisi reuera talis esset: ad hoc institutum vide nostrum Franciscum à Christo in *3. q. 4. de Regno Christi. q. 5. concl. 4.* Ostenditur tandem Christus D. Iudæorum Rex in titulo salutiferæ crucis quod Pontifex illius anni probasse visus est, dum reclamantibus Iudæis talem inscriptionem deleri, aut mutari non permisit.

Secundo loco Albertus Pyghius de Ecclesiastica Hierarchia lib. 5. cap. 3. sentit quidem cum præcedentibus Christum D. verè fuisse Regem Iudæorum, ab eis tamen dissentit, quia credit ipsum non hæreditario iure, sed ex communi illorum consensu, & quasi tacita quadam electione Regnum Israelis obrinuisse, cum enim Messiam auidissime expectarent, ipsumque non dubitarent Regem Israelis futurum, vt constat ex illis ipsorum verbis, quæ habentur apud *Luc. cap. 24.*

A

B

C



**A** Et nos expectabamus, quia redempturus esset Israel. Et ex illis alijs, quae ad Christum D. dixerunt Act. 1. Domine, si in tempore hoc restitues Regnum Israel. Quando Ioan. 6. ipsum esse verum Messiam professi sunt, illi quoque temporale Regnum deferre voluerunt: unde inferunt nonnulli ex illo tacito, & virtuali consensu populi, etiam declinante Christo D. illorum imperitiam, qui ob solam ipsis in deserto praestitam saturitatem Regem illum acclamabant, remansisse Christum Dominum Regem Iudaeorum ex consensu ipsius populi, & tacita quadam electione, & ad hunc etiam modum exponunt illud Machab. cap. 14. ubi dicitur, quod populus, Senatusque Iudaeorum Regnum detulit Machabaeis: *Donec Propheta fidelis surgeret*, quo loco per *Prophetam fidelem* Christus Dominus ex communi expositione intelligitur. Adeo vero apud Rabbinos increbuit Messiam futurum esse Regem temporalem, ut aliqui duos inducerent Messias, quorum vnus Rex esset, & potens; alter vero pauper, & mendicus: cuius erroris mentionem facit Alphonsus Men-

**C** doça in fine quaestionum quodlib. in relectione de dominio, & Regno Christi.

Luc. 24.  
Act. 1.  
Ioan. 6.  
Quando Iudaei Regnum Israelis Christo D. detulerint.

Mach. 14.

Christus D. propheta fidelis.  
Alphonsus Mendoca.



## CAP. III.

*Opposita sententia statuitur.*

IS tamen pro hac parte non obstantibus dicendum est Christum Dominum neq; actuale Regnum tēporale Iudæorum obtinuisse, nec illius regimen temporale aliquando obtinuisse, imo, neque ad illud ius habuisse hæreditarium. Conclusio quoad primam partem communis est, & certa; patetq; apertè ex Euāgelistarum discursu. Vnde Ioan. 6. Christus Dominus Iudæorum imperitiam declinavit cum eum Regem acclamarent, materiales enim, & carnales Iudæi Regnum Christi temporale futurum dicebant. Vnde asserere Christum Dominum fuisse temporalem Regem Iudæorum fauet eorum falsæ sententiæ. Tertio, quia Regnum Davidis, & Salomonis progenitorum Christi iam fuerat intercisum in Iechonia & in perpetuum restituendum non erat 4. Reg. 24. Vnde apud Ierem. cap. 22. de Iechonia dicitur. *Scribe virum istum sterilem, virum, qui in diebus suis non prosperabitur: nec erit de semine eius, qui sedeat super solium David, & potestatem habeat ultra in Iuda,* quæ omnia sic adimpleta sunt in Iechonia, vt notavit Ambr. lib. 3. in Lucam. cap. 1. Regnante enim Iechonia Babylonij Iudæam vastauerūt, neque postea vnquam de semine eius Regnum quisquam potuit obtinere in Iudæa, proindeque

Ioan. 6.

*Regnum Iudæorum intercisum in Iechonia.*

4. Reg. 24.  
Ierem. c. 22.

D. Ambr.

neque

**A** neque Christus Dominus, qui de semine erat Iechonia. Quarto, quia viuento Christo Domino fuerunt alij Reges Iudæorum, si non iure, saltém factó, quod satis est, vt dicamus Christum Dominum non obtinuisse actuale regimen Regni Iudæorum. Imo Iudæi acclamantes dixerunt ad Pilatum, non habemus aliũ Regem nisi Cæsarem, noli scribere Regem Iudæorum, sed quia ipse dixit Rex sum Iudæorum. Tandem, quia á tempore Sedechiæ vsque ad Christum regimen temporale Regni Iudæorum non fuit penes Reges, aut ali quos trahentes originem á Dauid, sed penes Sacerdotes, & Machabæos, de quibus non est dicendum obtinuisse regimen illius populi per tyrannidem, quo pacto illud obtinerent, si tunc temporis veri successores, & hæredes Regni extitissent.

**B** Et his postremis rationibus probatur etiam secunda pars assertionis, & ostenditur amplius, quia & si nõ esset intereisa in Iechonia, & Sedechia successio Regni Iudæorum, Regnumque adhuc spectasset ad successores descendentes ex origine Dauid, non tamen constat non extitisse tunc alios propinquiores Regiæ stirpi Dauidis, quam Beata Virgo, & Christus Dominus. Deinde quia successio Regni Israelis á Dauid semper per lineam masculinam, non autem per femininam traducta est: at verò Christus Dominus per lineam femininam est filius Dauid, vt est communior sententia. Tertio, quia iuxta Propheticum vaticinium Iacobi, Genes. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est,* Christus Dominus nasciturus erat eo tempore, quo nullus esset

*Quartum  
fundamentũ*

*Quintum.*

*Regnũ pe-  
nes Mach.*

*2. pars con-  
clusionis  
probatur.*

*Secundo.*

*Gen. 49.*

Quo tēpore  
natus Chri-  
stus D.

D. Hiero.

maninQ

og angos  
dandi can

Secunda  
explicatio.

regia ang.  
regia ind.  
regia dora

Explicatio  
D. Hiero.


Regnum  
spirituale  
Christi D.  
pro tēporali  
D. Athan.  
P. 109.

D. Epiph.

Rex in Israel Iudæ, & re vera defecisset in illa tribu  
sceptrum Israelis: at non defecisset si Christus esset  
natus Rex temporalis Israelis iure hæreditario, & suc-  
cessione legitima cum ipse esset ex Tribu Iudæ, quod  
patebit amplius ex solutionibus argumentorum.

Neque propositæ resolutioni aduersatur D. Hiero-  
nimus in cap. 22. Jerem. ubi explicans verba supra ci-  
tata de intercessione Regni in Iechonia obicit Chri-  
stum Dominum, qui futurus erat de Tribu Iechonia,  
& tamen sessurus supra solum Dauid, & supra  
Regnum eius. Respondetur enim primo intelligi pos-  
se neminem de stirpe illius sessurum in diebus eius.  
Secundo respondetur, illam prophetiam intelligen-  
dam esse de puro homine, non autem de homine  
Deo, qualis erat Christus, & in hoc sensu videtur in-  
tellexisse non fuisse intercessam successorem Regni  
in Iechonia. Responderi verò potest D. Hieronim.  
in vtraque solutione non loqui de Regno temporali,  
sed spirituali, in quo Christus regnavit, de quo sæpe  
PP. loquuntur, cum dicunt Christum Dominum suc-  
cessisse in Regno Dauid, & Sede Dauid, non quia  
Regnum temporale Iechoniæ, ultra ipsum extensum  
fit, sed quia Christus Dominus ex stirpe eius pro  
Regno temporali successit in Regno spirituali. Quo  
eodem sensu intelligendus est D. Athanasius in Serm.  
de Sanctissima Deipara, post medium, explicans il-  
lud Psalm. 109. *Dixit Dominus, &c.* ubi de Christo  
inquit: *Accepit autem Thronum Davidis corporali  
ratione prosapia, qua pater illi David fuit.* Et Epi-  
phanes hæres. 29. ubi dicit: *Carnaliter impletum esse,*

**A** ut Christus sederet in Sede David, quia ipse erat de stirpe illius; loquuntur enim sicut, & aliqui P.P. de Regno spirituali Christi Domini, contenduntque usque ad Christum perseverasse Regnum David temporale non per Reges, sed per Iudices populi, postea vero fuisse Regnum translatum in Christum, non quia ille ius Regni temporalis obtineret, sed quia Regnum temporale David extinctum fuit, & in spirituale Christi translatum, quod aperte docet Athanasius cum verodicit ratione profapit Christum accepisse predictum Regnum corporaliter, non intelligit iure sanguinis Christum temporaliter regnasse, sed tantum, quod Christus, cum esset de stirpe David accepit sedem Patris sui, & regnavit pro eo, translato tamen Regno temporali in spirituale. Idemque sentit, D. Epiphanius cum dicit impletum fuisse carnaliter se ipsa in Christo, ut regnaret pro David, de Regno enim spirituali intelligendus est, de quo videri potest D. Hieronimus in cap. 21. Ezechielis. (\*\*)



Post vero dicitur quod regnavit pro David, intelligitur tunc de Regno spirituali, sed de Regno Domini, sicut dicitur in Ezechielis imperium in Davidum

*Regnū Iudaorū usq; ad Christū D. per Iudices.*

*Athan.*

*D. Hiero. Ezech. 21.*

## CAP. III.

*Soluntur affirmantis sententia fundamenta.**Ad r. resp**Ioseph per  
Salomonē  
ex familia  
Dauid.**Math. c. i.**Christus D.  
filius Iose-  
phi puta-  
tius.  
Non adop-  
tius.**Ad auctori-  
tates resp.  
Ioan. 6.*

**A** fundamenta verò opposita iam patet ex dictis responsio, nam licet Beata Virgo fuerit ex familia Dauid, non tamen fuit per Salomonem, sed per Natham, vt est communis sententia: regnum autem solū pertinebat ad eos, qui originem trahebant ex Dauid per Salomonem: at verò Ioseph, quanquam esset ex familia Dauid per Salomonem, vt constat ex Math. c. i. tamen ratione illius non poterat Regnum illud ad Christum pertinere, etenim ius adoptionis non sufficiebat, vt ipse Christus Dominus in Regnum succederet, præterquam quod liberum sit hoc asserere; neque enim constat Christum Dominum fuisse filium adoptiuum Iosephi cum tamē esset illius filius putatius, imo cum præiudicio aliorum successorum fieri nō poterat prædicta adoptio. Adde etiam, quod constare nō posset an Ioseph esset primogenitus trahēs lineam per successionem omnium progenitorum præcedentium, ita vt nullus alius in Regali successionem ipsum præcederet.

Loca verò quæ ibidem adducuntur ex sacra Pagina intelligenda sunt de Regno spirituali, sicque Christus Dominus Ioan. 6. Declinavit imperitiam Iudæorum

**A** volentium illum rapere in Regem, quia nimirum temporaliter non erat regnaturus, neque aliter Christus Dominus consensum præbuit Pilato. Patet etiam quid sit dicendum ad fundamentum quo Albertus Pyghius innititur, similem enim habet expositionem, nam re vera Iudæi Messiam temporaliter regnaturum credebant; unde non agnoscentes prophetarum dicta circa Regnum Christi spiritualiter intelligenda esse, ipsum quoque Christum non agnouerunt. Illud quod addit de electione populi frivolum est, nec satis diuinandum an Iudæi leues, & inconstantes, leuiter quoque retractarent eam voluntatem quã tunc exhibebant acclamantes illum in Regem.

**B** Ex opposito tamen, aduerte sententiam Marsilij Patauini, & Ioannis de Ianduno asserentium Christum Dominum non modo non fuisse Regem supra alios Reges, sed etiam illis ipso iure subditum fuisse, tributaque non sponte, sed necessitate, & coactione legis illis persoluisse, damnatam fuisse ut hæreticam à Ioan. 22. in quadam Extrauagantẽ, ut refert Turrecremata 1. par. Summæ. cap. 34. cum aperte sit contra illud Matthæi 17. vbi cum Christo Domino tributum exhiberetur ipse rogans Petrum, dixit: Reges terræ à quibus accipiunt tributum, & censum à filiis, an ab alienis? Dicente verò Petro ab alienis: respondit Christus: Ergo liberi sunt filij, ut ergo non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascendit tolle, & in ore eius inuenies scaterem, quæ verba omnes interpretantur Christum Dominum de se ipso dixisse,

**C**

*Iudæi Messiam tēpora-  
liter regnaturū crede-  
bant.*

*Damnatur  
sententia.  
Marsilij  
Patauini,  
& Ioannis  
de Ianduno.*

*Ioan. 22.*

*Matth. 17.*

*Christus D.  
liber à so-  
lutione tri-  
buti.*

ut ostenderet se liberum esse à soluendis tributis.

## CAP. V.

*Qui senserint, & quibus fundamentis Christum  
Dominum Regem fuisse temporalem,  
ac dominum totius orbis.*



**H** X ijs, qui existimant Christum Do-  
minum verè fuisse Regem temporalem,  
Dominumque totius orbis non omnes  
conueniunt in assignando quo pacto ta-  
le regnum obtinuerit; nam Galatinus

lib. 4. de Arcanis Catholicae veritatis cap. 27. Ex eo  
quod Imperator est Rex, & dominus temporalis om-  
nium rerum. cap. in apibus. 7. quaest. 1. & lege depre-  
catus. ff. ad legem Rhodiam: Papa autem in spirita-  
libus est totius orbis dominus, colligit Christum do-  
minum in vtriusque videlicet in temporalibus, & spi-  
ritualibus Regem, ac Dominum extitisse, quoniam  
ut habetur in Authentica, quomodo oportet vtraque  
potestas à Christo Domino, tanquam ab vno fonte  
emanauit, de quo agit Cardinal. Turrecremata. in  
cap. duo sunt. 96. d. in solut. ad secundam rationem,  
& Innocentius Tertius. cap. Solita de maiestate, &  
obedientia. D. Anton. titulo. 3. capite. 1. Syluester  
verbo Papa, & idem Turrecremata. lib. 2. Summa

*Pet. Galat.*

*Cap. in apibus. l. de-  
precat.*

*Utraque po-  
testas à  
Christo D.  
spiritualis,  
& temporalis  
emanauit.  
Turre Cre.  
Innocent.  
D. Antoni.  
Syluest.*



**A** cap. 113. Nec similitudo, quæ Innocentius videtur de duobus luminaribus, ut præfinit diei, & nocti, id est, negotijs spiritualibus, & temporalibus aliquid concludit, ut inde colligi possit Christum dominum propriè, & directè habuisse Regnum, & dominium temporale totius orbis, ut aduertit Mendoga citatus in relectione de dominio Christi, §. 14. prope finem: ipse verò alia ratione conatur ostendere Christum dominum fuisse Regem temporalem totius orbis, nam §. 15. fatetur illum solum fuisse bonorum temporalium dominum, quatenus corporalia ordinantur ad spiritualia. Cæterum acerrime tuetur bona temporalia per se, & directè ordinari ad spiritualia; proindeque Christum Dominum directè habuisse temporale Regnum, & dominium totius orbis, quem etiam, & eodem modo sequitur Cabrera, ad eandem partem, questione 22. articulo. 1. disputatione unica, §. 6. numero. 69. Quæ fuit sententia Aluari Pelagii, lib. 1. De Planctu Ecclesiæ. cap. 36. & articulo. 40. in principio.

*Mendoga  
temporale  
dominium  
directè sub-  
ordinat spi-  
rituali.*

*Cabrer.  
Aluarus  
Pelag.*

**C** Suar. verò 3. par. disput. 48. sectio. 2. §. dico secundo. docet Christum dominum habuisse per se, & directè excellens quoddam dominium in res omnes creatas, & super omnes hominum, & Angelorum actiones, quanuis Christus Dominus interdum habuerit aliquarum rerum humanum, & temporale dominium, non tamen assumpserit huiusmodi dominium in toto orbe, neque in aliquo Regno temporali, quam limitationem adhibet idem Suar. præcedenti. §. Dico ergo primo. Eam vero, quoad utramque partem, probat ex

*Suar.*

*Christus D.  
habuit  
aliquarum  
rerum tem-  
porale do-  
minium, nõ  
omnium.*

Ioan. 22.

Christus D.  
pauper.

Vasq.

Nauarro.

definitione. Ioan. 22. in Extrauaganti. *Inter nonnul-*  
*los*, de uerborum significatione in qua Pontifex dicit  
 Christum Dominum habuisse paucarum rerum do-  
 minium, ubi sentit habuisse aliquarum, non tamen  
 omnium, confirmatque ex illis omnibus testimonijs,  
 in quibus Christus dominus pauper predicatur, per-  
 fecta enim paupertas nō tam consistit in abdicatione  
 rerum, quo ad usum temporaliū, quā in abdicatione do-  
 minij. Vasques disp. 37. cap. 2. putat Christum Domi-  
 num uerē habuisse ius Regis, & imperatoris tempora-  
 lis super omnes alios Reges, quauis eo noluerit uti,  
 nec temporaliter regnare, sed tantum spiritualiter,  
 quam sententiam credit non posse probari efficaciter,  
 neque ex Sacra Scriptura, neque ex auctoritate PP. at  
 cap. 4. eiusdem disputationis illam ratione efficaci  
 probaram praesumpta ex dignitate, quam natura  
 humana adeptus est ex unione ad uerbum, ad quam  
 consequentem probat regiam dignitatem. Et cap. 6.  
 distinguit inter dominium Regis, & inter ius domi-  
 nij in singulas res, quam distinctionem datam dicit  
 a Nauarro, & de primo dominio affirmat Chri-  
 stum Dominum illud habuisse: de  
 posteriori uerō negat.

CAP VI.

Idem ostenditur ex Sacra Scriptura, &  
Sanctis Patribus.

**H**IS circa modum defendendi primam  
sententiam animaduersis; absoluté quod  
Christus Rex fuerit, & Dominus tempo-  
ralis totius orbis, tenuit D. Anton. 3. par-  
tit. 3. cap. 2. Almain. in tractatu de pote-  
state Ecclesiæ cap. 8. Turrecrem. loco supra citato Na-  
uar. in cap. Nouit de iuditijs disp. 3. nu. 8. in tractatu de  
iurisdictione Ecclesiæ quæst. 3. Hostiensis in cap. quod  
super his de voto, citatur pro eadem sententia D. Tho.  
à Cabr. quæst. 59. art. 4. ad 1. & a Ragusa ibidem, vbi  
D. Thom. sic inquit: *Christus autem quamuis Rex esse  
constitutus à Deo, non tamen in terris viuens terrenum  
Regnum corporaliter ministrare voluit.* Ex quibus ver-  
bis non recte colligunt, vt patet, & patebit amplius,  
ex dicendis, D. Thom. sensisse Christum Dominum  
Regem fuisse, ac Dominum temporalem totius orbis.  
Citatur etiam ab iisdem, & à Suar. in lib. 3. de regimi-  
ne Principum cap. 12. sub finem, & 13. per totum,  
quod habetur, in opusculo 20. ibi tamen, vt recte ex-  
pendit Vasques supra citatus solum locutus est D. Tho.  
de dominio spirituali, sic enim habet: *Satis apparet,  
quod dominium Christi ordinatur ad salutem anima,  
& ad spiritualia bona, neq; oppositum docuit cap. 15.*

D. Anton.  
Almain.  
Turrecre.  
Nauar.

D. Tho.  
Cabr.  
D. Thoma  
mens. non  
recte asse-  
quuta.

Suar.

Vasquius.

*Iosep. Rag.*

vt voluit Ragusa; imo hoc ipsum confirmat, vt constat ex illis verbis.

*Potestas tēporalis cōpossibilis cū spirituali.*

*Genes. 14. Melchisedech Rex, & Sacerdos.*

*Sic etiam Moyses dux, & Sacerdos.*

*Neutra potestas essentialiter, & directe per se pendē: est adinuicem.*

*Gratian.*

Fundamenta verò pro hac sententia quædam desumuntur ex Sacra scriptura, alia ex PP. alia ex rationibus. Sed ante ipsa aduertendum est potestatem spirituales, & temporales non esse ita impossibiles inter se, vt non possint simul reperiri in vna, & eadem persona; sic enim in lege naturæ, vt vidimus in disputatione precedenti Melchisedech fuit Rex, & Sacerdos Genes. 14. & vt ibidem ostendimus, traditque Turrecrémata, loco supra citato primogeniti vtramque dignitatem habebant, sic & in lege scripta vtramque simul potestatem Moyses habuit, de temporali enim dubitari non potuit, cum ipse fuerit dux, ac Princeps populi Israelitici: de sacerdotali verò Psalm. 18. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius. Imo, & in lege gratiæ nunc non solum Summus Pontifex, sed & Episcopi, alijque Prelati Ecclesiastici, ciuilem, ac politicam iurisdictionem exercent in populis sibi subiectis. Secundo etiam aduertendum est prædictas potestates, & si non sint inter se suapte natura impossibiles, tamen non esse ita coniunctas, vt vna essentialiter pendeat ex alia, aut ita vt ex vna per se, & directe inferatur alia, vt aperte patet, quoniã neque Reges Sacerdotes sunt, nec e contra; etenim vtraque potestas, & spiritualis, & temporalis est immediate à Deo instituta, nam de spirituali, id ostendit Gratianus d. 95 ferè per totam, secularis autem quauis sit inferior spirituali, non tamen est ab illa directe dependens, nec est ex Pontificum institutio-

A ne, sed ex diuina, vt Ioan. Papa d. 96. can. *Si Imperator*, vbi docet Imperatorem filium esse, & subiectum esse Ecclesiasticis legibus, ceterum potestatem illius à Deo esse; habet inquit priuilegium diuinæ potestatis, quæ administrandis legibus publicis diuinitus cōsecutus est, *Quia verò*, vt inquit D. Paul. ad Rom. 13. *quæ à Deo sunt, ordinata sunt*: ideo vt inquit Bonifacius Papa in Extrauaganti, *Vnam Sanctam*, oportuit gladium esse sub gladio; & sicut omnia temporalia ad spiritualem finem ordinantur, qui debet esse primus & supernaturalis hominis, ita gladius sæcularis subiectus est spirituali, & proinde indirecte, & prout ad salutem animæ conduxerit, potestas omnis sæcularis ab spirituali pendet, cum ad eam ordinetur.

Ioan. Pap.  
Imperatoris potestas à Deo.

Rom. 13.

Gladius spiritualis quo modo subiectum habeat temporalem.

B His breuiter præmissis, quod Christus Dominus, qua homo est, vere fuerit Rex temporalis totius orbis, directæque dominium temporale in vniuersum orbem obtinuerit probari potest primo, quia cap. 9. Zachar. dicitur de eo: *Ecce Rex tuus venit tibi, & dominium eius à mari vsq; ad mare*; sicut etiam de eodem dicitur Psal. 72. quod *dominabitur à mari vsq; ad mare*. Et apud Matth. 28. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra*. Ex quo loco colligit Durandus salua fide negari non posse Christum dominum verè fuisse Regem totius orbis, præsertim cum de se ipse dicat: *Regnum meū non est de hoc mundo*, vbi, vt inquit Durand. Non negauit se esse Regem, cum Regnum habeat, sed dixit non esse admodum Regum terrenorum. Totum hoc autem non potest stare, si re vera Christus dominus non habuit temporale dominium in orbem terrarum;

Zachar. 9.

Ps. 72.

Matth. 28.

Durandi sententia.

Luc. 10.

I. Cor. 5.

Ad Heb. I.

Apoc. c. I.

c. 19.

P. Auguf.

D. Hiera.

D. Bernar.

D. Cyril.

Isai. c. 42.

Ioan. 12.

D. Gregor.

sic idem Christus dominus Luc. 10. omnia sibi à Patre tradita dicit, idēque docuit D. Paul. I. ad Corint. 5. & ad Hebr. I. dicitur, *Constitutus heres vniuersorum.* Efficacius verò id concludere ostendunt prædicti AA. ex duplici loco Apoc. nam cap. I. dicitur, *Princeps Regum terra.* Et cap. 19. de eo dicitur, *Quod scriptum habebat in favore Rex Regum, & dominus dominantium.* Iam verò per famur eo loco humanitatem debere intelligi docet August. 16. de Ciuitate Dei cap. 33. & D. Hier. epist. ad Principiam.

Et PP. citatur primo pro hac sententia D. Bernar. 3. de Consideratione ad Eugenium dum illi dicit. Dispensatio tibi credita est, non data possessio, non tu ille de quo Propheta. *Et erit omnis terra possessio eius, Christus hic est, qui possessionem sibi vendicat, & iure creationis, & merito redemptionis, & dono Patris, vbi apertè ex tribus his titulis videtur sentire Christum dominum sibi vindicare temporale dominium totius orbis: citatur etiam D. Cyril. lib. 4. in Isaiam cap. 41. vbi dicit, cum Christus secundum quod Deus esset natura Rex, vt hominem electum fuisse in Regem, vbi videtur fauere sententiæ supra citatæ, illumque Regem constituere sub eo. 3. titulo, quem D. Bern. assignauit, nimirum electione, aut dono Patris, & lib. 12. in Ioan. cap. 12. explicans verba illa, quæ Christus dominus Pilato respondit: *Tu dicis, quia Rex sum ego, sic habet, Non negat. Regni sui gloriam, qui Rex verus erat.**

Tertio, D. Gregor. homil. 8. in Euangelia sic habet. *Qui non in parentum domo: sed in via nascitur, vt pro-*

A

B

C

fictio

**A** secundo ostenderet, quia per humanitatem suam, quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur; alienum dico non secundum potestatem, sed secundum naturam, nam de potestate eius scriptum est; in propria venit, ubi videtur sentire Christum dominum potestatem etiam naturalem habuisse supra uniuersum orbem. Tandem August. tract. 115. in cap. 12. Ioan. explicans illud Psal. 2. *Ego autem constitutus sum Rex, &c.* Id ipsum videtur asserere, & D. Hilar. ibidem Nazianz. oratione 36. quae est quarta de Theologia, Chrysof. hom. 81. in Ioan. Theophil. in illud Ioan. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.*

P. Augus.  
Ps. 2.

D. Hilar.  
D. Gregor.  
Nazianz.  
D. Chrysof.  
Theophil.

## CAP. VII.

*Rationibus confirmatur eadem sententia.*



**C** Andem rationibus ostenditur eadem sententia. Primo, quoniam ad dignitatem Christi pertinebat, ut haberet omnipotentiam respectu omnium, ita ut non minus posset orbem caelestes mouere, quam Angelus, non minus calefacere, quam ignis, & ideo quatenus homo hanc illi Pater contulit dignitatem ex D. Thom. 3. par. quaest. 13. art. 2. Imo vero erat Iudex, habebatque potestatem statuendi, ac iudicandi de omnibus, ut supra diximus, & docet idem D. Tho. quaest. 89. art. 4. & habetur apud Ioan. 17. *Potestatem*

Prima ratio pro eadem sententia.

D. Thom.  
Ioan. 17.

*Potestas iudicandi in Christo D.*

*dedis ei Pater iudicium facere, quia filius hominis est.*  
 Cum ergo potestas iudicandi consequatur potestatem regiam in Christo, ut docet d. Thom. art. 4. ad 1. præfertim cum ad ipsam Christi Domini dignitatem spectet, quod sit omnium rerum Dominus, tam animorū, quam corporū; proinde sequitur, quod omnis potestas, siue spiritualis, siue temporalis ad ipsum directè pertineat.

*Secunda ratio.*

*Ius Regium quale.*

Secundo, quia dignitas, & potestas Regis in Remp. nihil est aliud, quam ius imperandi in his, quæ ad politicam eius gubernationem spectant leges ferendi, & in omni controuersia sententiam pronunciandi, ut dirimatur; sed humanitas Christi Domini non solum, quatenus nutu diuinæ voluntatis gubernabatur, sed etiam in re ipsa talis reddebatur ipsa deificatione, ut si vellet toti vniuerso, & omnibus Regibus imperare, leges ferre, controuersiasque eorum per sententiam dirimere, omnes tam Reges, quam alij de populo, qui cognoscerent humanitatem illam esse Verbo vnitam, & ratione vnionis deificatam, hoc ipso deberent ei obedire: ergo, &c.

*Obiectio.*

*Refellitur.*

*Deus per Prophetas Regibus imperabat.*

Quod si contra istam rationem Vasquo obijcias: ergo etiam Prophetæ Reges fuissent, cum principes illis obedire tenerentur, & eorum controuersias perfectè possent per sententiam dirimere. Respondet aliter Christum dominum, & aliter Prophetas hoc habuisse, nam Christus dominus non solum, prout humanitas illius nutu diuinæ voluntatis gubernabatur; sed etiam ratione vnionis hoc illi debitum erat secundum se spectatæ. Prophetæ verò solū hoc habebant, prout deus per illos Regibus, ac popu-



**A**lis imperabat; erāt enim quasi Dei interpretes, & prætereā hæc potestas solum fuit in Prophetis per ordinē ad spiritualia. Nec etiā fuit in illis permanens: potestas autē regia permanēs esse debet, sicut fuit in Christo D. in quo etiā ad tēporalia se extendebat, ut dictum est.

*Potestas Regia permanens.*

Tertio Christus D. nunc in dextris Patris est Rex totius orbis, dominusq; tam in spiritualibus, quā in tēporalibus, sed omnia, quæ Christus D. in cælo gloriosus habet, quæ pertinet ad dignitatē, & officium, habuit ab instanti suæ conceptionis præter id, quod sibi per Passionem, & merita illius acquisiuit spectans ad gloriam sui corporis, & exaltationem sui nominis: ergo statim in hac vita mortali fuit verus Rex, sicque eo nato statim Reges ad adorandum illum venerunt.

*Tertia ratio*  
110

Quarto Christus D. in omnes homines habet dominium herile, sunt enim omnes homines serui Christi: ergo habet in eos, & in eorum bona temporalia vniuersalē tēporale dominium, quicquid enim seruus acquirit, acquirit domino suo. *1. Placet. ff. de acquirenda dignitate.* I. etiam in *uitis de acquirendo rerū dominio.*

**C**Antecedens verō ostenditur, quoniā. *1. Cor. 6. Empti sumus à Christo pretio magno, id est sanguine suo, quo redemit nos à morte spirituali, & æterna, non corruptibilibus auro, & argento, sed pretioso sanguine agni immaculati. 1. Petri. 1. Et proinde si omnes homines erant, omnibus dominatur tanquam Rex, ac Dominus temporalis ipsorum. Vnde D. Paul ad Rom. 14. inquit:*

*1. Corin. 6.*

*1. Petri. 1.*

*ad Rom. 14.*

*Mortuus est & resurrexit, ut viuorū, & mortuorum dominetur.* Et hæc sunt præcipua huius partis fundamenta.

## CAP. VIII.

*Autores, & fundamenta partis negantis  
adducuntur.*



Vnt etiam pro hac parte loca multa sacræ  
Paginæ, ex vtroque testamento, vt ostendunt  
Christum dominum non fuisse Regem temporalem, & vniuersalem domi-  
num totius orbis quoad temporalia: neq;

etiam est hæc sententia Autorum præsidio destituta,  
nam eam tenet Ioan. Driedo de dogmatibus Sacræ  
scripturæ tract. 2. cap. 10. p. 1. Victoria in relectione 1.  
quæ est de Ecclesiæ potestate. quæst. 5. à nu. 16. Adria-  
nus Finus lib. 5. Flagelli contra Iudæos cap. 5. & 6.  
Sotus lib. 4. de iustitia q. 4. art. 1. & in 4. d. 25. quæst. 2.  
art. 1. Abul. varijs in locis nimirum super numeros  
cap. 24. q. 11. & super Matth. 20. q. 9. & in cap. 21. q. 30.  
Vualdenfis lib. 2. doctrinali cap. 67. art. 3. Xistus Sen-  
nensis lib. 6. Bibliothecæ hæresi 8. super Epist. Paul. ad  
Hebræos Bartholomæus Medina. q. 59. art. 4. Castro  
verbo Beatitudo, hæresi 3. Iacobus Naclantus tract. 4.  
tit. de Regno Christi. Salon. 2. 2. q. 4. de dominio. art. 4.  
Franciscus à Christo in 3. dist. 4. de Regno Christi.  
quæst. 6.

Pro ea verò facit primo locus ille supra citatus apud  
Hierem. cap. 22. de intercisa successione Regum ex fe-  
mine Ieconix, quem non solum intelligunt multi de

*Ioan. Drie.  
Victoria.*

*Adria. Fin  
Sotus.*

*Abul.  
Tho. Vual.  
Xistus Sen.  
Bar. Med.  
Castro.*

*Iac. Nacl.  
Salon.  
Franciscus  
à Christo.*

*Hiere. 22.*

A hereditaria successione Regni Iudæorum, sed etiam  
 A latissimè, vt inde inferant Christum dominum ex se-  
 mine Iechoniæ natum nullum ius temporaliter regnã  
 di habuisse. Idem probatur etiam ex cap. 18. Ioan.  
*Regnum meum non est de hoc mundo*, quæ verba de reg-  
 nandi iure intelligenda videntur, nam de actuali Reg-  
 no non opus esset idem asserere, cum Christus domi-  
 nus pauperem, atque humilem vitam ageret. Dixit  
 etiam Matth. 8. *Vulpes foveas habent, & volucres nidus;*  
*filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.*  
 B Deinde Luc. 12. Iuueni cuidam roganti Christum D.  
 B vt inter ipsum, ac fratrem componeret litem circa di-  
 uisionem bonorum respondit Christus: *Quis me con-*  
*stituit iudicem inter vos?* Quod de actuali exercitio  
 regnandi, & iudicando non solum videtur intelligi,  
 sed de iure ipso, sic enim dicitur Ioan. 10. *Non misit*  
*Deus Filium suum, vt iudicet mundum*, quæ omnia tes-  
 timonia, & alia similia videntur ostendere Christum  
 dominum non habuisse temporale Regnum, ac do-  
 minium totius orbis.

Ioan. 18.

Matth. 8.

Luc. 12.

Ioan. 10.

C Veram sola priora duo testimonia efficacia mihi  
 C videntur; qui tamen oppositam sententiam tueri vo-  
 luerit ea explicabit cum cæteris omnibus, & simili-  
 bus, quæ adduci consuerunt de actuali Regno, de quo  
 non est dubitandum Christum dominum non reg-  
 nasse temporaliter, non verò de dominio, ac iure regio  
 in totum orbem.

Prima duo  
 testimonia  
 efficacia.

Secundo efficacius confirmatur hæc sententia, quo-  
 niam vbicumq; agitur in sacris literis de Regno Chri-  
 sti semper apponitur aliquid, per quod ostendatur tale

Regnum

*Zachar. 9**Psal. 62.**Matth. 28**Durandus  
reijcitur.**Luc. 10.**1. Cor. 5.**ad Hebr. 1.*

Regnum spirituale esse, & non temporale: sic enim  
 Zachar. 9. cum dicitur: *Ecce Rex tuus venit tibi*, ita-  
 tim additur: *Iustus, & saluator ipse pauper, &c.* Quæ  
 verba indicant Regnum ipsius fuisse spirituale, non  
 verò temporale: sic etiam, Psalm. 62. vbi dominium  
 eius constituitur à mari vsq; ad mare. Additur, *par-  
 cet pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas fa-  
 ciet, &c.* quæ solum spiritualiter intelligi possunt de  
 Christo Domino. Sic similiter Matth. 28. cum dicitur  
 data Christo omnis potestas, &c. Additur: *Eun-  
 tes ergò docete omnes gentes, &c.* Quæ verba aperte de-  
 terminant potestatem illam spiritualem esse, & non  
 temporalem. Nec benè Durand. ex hoc loco colligit  
 non posse negari prædictum Regnum, & dominium  
 temporale Christi. Idem etiam Luc. 10. & 1. Co-  
 rinth. 5. & ad Hebr. 1. dicendum est; expendenti enim  
 antecedentia, & consequentia patebit sensum esse de  
 Regno, & dominio spirituali, non vero de temporali.  
 Idemque ad locum Apocal. dicendum est. Si quando  
 autem aliter sonare videntur verba adhærendum  
 est communi Patrum, ac Interpretum sen-  
 tentiæ ea passim de spirituali Reg-  
 no, ac dominio expli-  
 cantium.



# CAP. IX.

Ex Concilio Tridentino, & PP. doctrina ostenditur.



**A**CCEDIT autem in confirmationem prædictæ sententiæ decretum Conci. Trid. sess. 4. de editione, & usu sacrorum librorum, ubi prohibet, ne quis præter communem Sanctorum PP. consensum audeat

Sacram Scripturam interpretari; proindeque si Sancti Patres communiter loca supradicta intelligunt de Regno spirituali, negantque temporale Regnum, & domini-um Christi ita planè sentiendum est. At verò tam Græci Patres, quam Latini conveniunt quod Regnum Christi spirituale fuerit, & non temporale: ergo, &c. Assumptum probari potest primò ex D. Chrysol. homil. 6. ad 21. cap. Matth. ubi id eleganter expendens, quomodo Magi ex Stella illa Iudæorum Regem esse cognoverunt, cum certè non istius Regni ille sit Rex: similiter etiam D. Basilius explicans illud Luc. 1. *Sedebit super sedem David*, sic inquit: *Non in materiali sede David Dominus sedebit, translato Iudaico Regno ad Herodem, sed sedem appellat David, in qua residet Dominus indissolubile Regnum.* Idem apertè habet Origen. lib. 1. contra Celsum D. Athanas. in oratione de Sanctissima Deipara prope finem. Ex Latinis ne ultra latius progrediamur, quatuor adsunt Ecclesiæ lu-

Trid. sess. 4.

Græci Patres, & Latini concordantes.

D. Chrysol.

D. Basilius. Luc. 1.

Origen.

P. August.

mina præstantissima August. lib. 17. de Ciuitate Dei. cap. 7. dum loquens de Saule, inquit: *Populi Israel personam figuratè gerebat homo ille scilicet Saul, qui populus Regnum fuerat amissurus Christo Iesu Domino nostro per nouum testamentum, non carnaliter, sed spiritualiter regnatura; idemque docet tract. 115. in Ioan.*

Psal. 2.

D. Hiero.

D. Ambros.

D. Gregor.

*Et ad illa verba Psalm. 2. Dabo tibi gentes in hereditatem tuam.* D. Hier. lib. 4. comment. in Ierem. ad supracitatum cap. 22. id ipsum diserte docet D. Ambros. in cap. 23. Luc. Idem latè tradit explicans verba illa: *Et regnabit in domo Iacob.* D. Gregor. homil. 8. super Euangelia. Refertur etiam potest in confirmationem prædictorum id, quod Eusebius refert lib. 3. historia Ecclesiasticæ. cap. 20. de quodam qui dicebatur Reuocatus; nimirum hunc detulisse ad Domitianum Imperatorem quosdam Christi domini consanguineos, quos cum Domitianus interrogaret, qualis nam Christus esset, quis, aut vnde? Qualeve Regnum eius? Responderunt ipsum neque huius mundi Regnum, neque huius terræ Imperium habiturum, sed illi præparandum cœleste Regnum in consumatione sæculi

Angelorum ministerio, quando de viuis,

& mortuis in secundo aduentu

iudicauerit,

\* \* \*



## CAP. X.

*Rationibus efficaciter confirmatur.*



**T**ANDEM rationibus eadem sententia probatur, primo quoniam Christus Dominus, neque successione hereditaria, neque alicuius populi electione constitutus fuit Rex, ut supra ostendimus, neque

*Primum fundamentum*

concessione Dei, quæ siue sufficienti fundamento adstrui non potest: cum ergo nullum sit, ut vidimus, neque appareat aliquis alius titulus ratione cuius dici possit Rex temporalis, potius id videtur negandum, quam affirmandum.

Secundo, quia frustra conceditur Christo Domino ius regium temporale, quo nunquam usus erat, præferimus, quia si Christus stante iure, ac dominio regio temporale regi in se abdicaturus erat quoad actum, multo perfectius esset ius ipsum, & dominium a se abdicare, magisque tunc commendaretur perfecta paupertas.

*Secundum.*

Tertio, & sit confirmatio præcedentis argumenti, quoniam Matth. 19. perfectio Evangelica requirit abdicacionem non solum usus rerum temporalium, sed etiam dominij, sicque Christus Dominus eodem loco dixit adolescenti. *Vade, & vende omnia, qua habes, & da pauperibus:* non verò illi consuluit, ut retineret dominium bonorum, & abdicaret a se usum: iam Chri-

*Matth. 19.*

Itus Dominus habuit in summo gradu perfectionem  
Euangelicæ paupertatis. A

*Quartum  
fundamen-  
tum.*

Quarto, quoniam ex opposito sequeretur Summum Pontificem Christi in terris vicarium eandem habere potestatem temporalem supra vniuersum orbem, quod tamen non est dicendum, cum illam solum habeat per ordinem ad spiritualia, quod idem est, atque dominari temporalibus indirecte, vt supra diximus.

*Quintum.*

Quinto, quia si Christus Dominus esset Rex temporalis totius orbis teneretur mundum temporaliter gubernare, nec præmitteret multorum Regum tyrannidem, quam tamen suo tempore permisit. B

*Confirma-  
tur prae-  
dens ratio.*

Et confirmatur, quoniam si à primo suæ conceptionis instanti esset Rex temporalis totius orbis iam omnes Reges, qui tunc orbi dominabantur priuati manerent suo temporali dominio, siquidem non possunt simul eiusdem Regni plures Reges existere; neque enim (vt alius dixit) coniux & Regnum patiuntur socium: ergò non potuit esse Rex temporalis. Confirmatur tandem, quoniam ex prædicto Regno temporali Christi Domini sequeretur omnes Reges terræ, etiam in temporalibus Vicarios Christi existere, C

*Secunda cō-  
firmatio.*

sicut in spiritualibus Summus Pontifex,  
quod tamen non est admit-  
tendum.



## CAP. XI.

*Iudicium de vtraq<sup>3</sup> sententia, & solvuntur  
argumenta affirmatiua partis.*

(\*\*)



*H*ec sunt vtriusque partis fundamenta, quæ tamen neutram ita conueniunt, vt quælibet in sua probabilitate nõ maneat; idcirco pro vtriusque defensione vtriusq<sup>3</sup> fundamenta dissoluentur.

Authoritates ergo, quæ ex Sacra Pagina desumuntur pro parte affirmatiua facile expediuntur si explicentur de Regno spirituali Christi Domini; in eo enim sensu dicitur habuisse potestatem a Patre, diciturque Princeps Regum terræ, & Rex Regum, & ad eundem debent explicari PP. pro eadem sententia citati.

Rationes vero ad idem comprobandum adductæ non difficile dissoluntur. Nam ad primum argumentum, negandum est quod in eo assumitur; neque enim ad aliquam dignitatem Christi Domini conducebat tale dominium temporale; cum enim Christus Dominus solum in genere gratiæ sit constitutus caput hominum ea per se solum spectant ad dignitatem talis capitis, quæ per se, & directè finem spirituales respiciunt: cætera verò, temporalia nimirum, indirectè, & quatenus prædicto fini spirituali subordinantur, sicque intelligendus est D. Thomas in argumento citatus,

*Solutio ad  
primum.*

*D. Thom.*

quo sensu dicendum est Christum Dominum habuisse dominium super animas, & corpora omnium hominum. A

*Solutio ad  
secundum  
argumen.*

Ad secundum, quo Vasquius utitur negandum etiā est assumptum, quoniam humanitas Christi Domini per vñionem non obtinuit ius regnandi temporaliter, neque hoc illi opus erat; cum enim esset caput hominum in genere gratiæ, satis erat quod supra temporalia haberet potestatem indirectam, quatenus scilicet illa subordinantur spiritualibus, tanquam fini superioris ordinis; cætera verò, quæ in argumento adducuntur, nihil in oppositum concludunt. B

*Solutio ad  
tertium.*

Ad tertium neganda est maior, neque illam probat adoratio Regum, quos Stella duxit ad præsepe; illi etenim Christum Dominum non recognouerunt ut Dominum temporalem, sed ut spiritualem Regem, ac Dominum.

*Solutio 4.*

*Ius herile,  
& regium  
distinguitur*

Ad quartum, admissio antecedente, neganda est cōsequentiā, ut iam constare potest ex ijs, quæ supra diximus; aliud est enim ius herile, & aliud ius regium. Vnde Christus Dominus in omnes homines, quos sanguine suo redemit à seruitute peccati ius habuit semper herile, cum sint ipsius serui, ut argumentum probat, non tamen habuit ius regium, quod ex herili non inferitur, & hoc sensu exponendus est locus Pauli in eodem argumento citatus. C

*Iosephus  
Stephanus.*

Quamquam verò ex spirituali dominio temporale per se, & directe non inferatur; rectè tamen Iosephus Stephanus Vestanus Episcopus colligit, & notauit quanti semper Reges, & Imperatores Ecclesiam ve-

nerati

**A** nerati sint, eiusque Prælatos, & Episcopos iuxta illud  
 Isaix. cap. 60. *Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi*, siue ut Septua-  
 ginta legunt, *assistent tibi*, sicut iam vaticinatus fuerat  
 idem Isaias. cap. 49. *Et erunt Reges nutrij tui, & Reginae nutrices tuæ vultu in terram demisso adorabunt te, & pulverem pedem tuorum lingent*, seu ut legit Va-  
 tabl. ex Hebræo. *Præni in terram incuruabunt se se tibi*.  
 Quæ loca de Regum obsequio Ecclesiæ Dei exhiben-  
 do intelligenda esse tradit P. August. de Vnitate Ec-  
 clesiæ. cap. 7.

Isai. 60.

Isai. 49.

Vat. abl.

P. August.

## CAP. XII.

*Posterioris sententia fundamenta dissoluntur.*



**Q**VI tamen huic sententiæ patrocinari vo-  
 luerit, ad argumenta opposita, quam pro-  
 babiliorē iudicamus, respondebit Chri-  
 stum Dominum neque electione populi,  
 nec successione Regē fuisse, sed ex vni-  
 one hypostatica id habuisse modo supradicto; Regnum  
 verò, quod sic obtinetur, non frustra est, etiam si actua-  
 le illius regimen non exerceatur: ex quo patet solutio  
 ad secundum, neque esset perfectio abdicare à se tale  
 dominium, utpote proveniens ex summo bono vni-  
 onis hypostaticæ, quod proinde nullo modo impedi-  
 bat, sed potius perficiebat Evangelicam paupertatem,

Solutio pri-  
 mæ, secundæ  
 & tertiæ.

quam Christus Dominus in terris docuit, & amplecti voluit, & ex hoc satis fit tertio argumento.

*Ad quartū*

Ad quartum neganda est sequella ob rationes supracitatas in fine præcedentis disputationis. Ad ea enim, quæ per se respiciunt personam, & supponunt hypostaticam vnionem, non opus fuit, vt Christus Dominus communicaret suo in terris Vicario potestatem.

Ad quintum, negāda etiam est illatio; potuit enim Christus Dominus non obstante Regio dominio sibi ex hypostatica vnione proueniente relinquere Regibus terræ priuata sua orbis regimina, sub quocunque titulo illa possiderent, nec proinde Reges tunc tyrannidem exercerent, siquidem nato Christo Domino non manebant priuati Regio suo iure, quo ante ipsum vtebatur; ex eo enim, quod Christus Dominus actuale orbis regimen à se abdicauit temporalia Regnorum iura penes quoscunque Reges in eo statu permuebant, in quo Christus D. illa inuenit, vnde non rectè inferri potest Reges tanquam Christi Vicarios postea regnuros. Ex quibus expedita manet vtraque argumenti confirmatio; potest vero expendi in confirmationem huius sententiæ, quam infeliciter imperij clauū tenuerint Imperatores illi, qui sæculari potestate abutentes Ecclesiæ resistere auli sunt, vt in gestis Honorij & Valentimani cerni potest, propter quæ scelera, & alia similia Occidentale imperium corruit; Roma bis capta fuit à Gothis, & à Vandalis, vt ex Procopio, & aliorum annalibus constare potest.

*Infalices Imperatores, qui Ecclesia studiosi nō existerunt.*

*Procopius.*

E contra verò adduci potest Francorum Rex Clodoueus

A  
A doneus, qui cum Galias occupasset, militiaeque Christi nomen dedisset professus est se Regnum Galliarum accipere de potestate Hormisdæ Papæ, & vt refert Papyrius Massonus in vita Henrici. Primi. lib. 3. Annalium statuit, vt Francorum Reges vngerentur ab Archiepiscopo Rhemenfi, & de manu ipsius obtestatem ab Hormisda datam Regnum caperent, neque ante hoc Reges reputarentur.

*Papyrius  
Massonus.*

B  
B Et hæc pro tota nostra relectione dicta sufficiant ad laudem omnipotentis Dei, & Beatissimæ Virginis Deiparæ.





# INDEX LOCORVM

## SACRÆ SCRIPTVRÆ,

quæ in hac Relectione addu-  
cuntur.

*Ex veteri instrumento.*

- G**enef. Cap. 14. *Melchisedech Rex Salem.*  
*Et c.* p. 27. A. B.  
*Et erat Sacerdos Deo altissimo.* 35. B. C. 39. C.  
41. C.
- Cap. 20. *Et morieris propter mulierem, quam acce-  
pisti, habet enim virum.* 41. A
- Cap. 30. *Experimento didici quod benedixarit mihi  
Deus propter te.* ibidem
- Cap. 33. *Transiit in Salem urbem Sychimorum.* 26. B
- Cap. 40. *Filia putipharis Sacerdotis.* 33 B
- Cap. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux  
de famore eius, donec veniat, qui mittendus est,  
& ipse est expectatio gentium.* 109. A
- Exod. cap. 13. *Dominus autem precedebat eos ad  
ostendendam viam per diem, &c.* 9. B
- Leuit. cap. 9. *Accede ad altare, & immola pro pec-  
cato tuo, offer holocaustum, & deprecare pro po-  
pulo.* p. 5. C. 6. C
- Deut. cap. 17. *Si difficile, & ambiguum quid apud te  
esse prospexeris inter sanguinē, & sanguinē, &c.* 10. A

Index locorum Sacrae Scripturae.

- Cap. 18. *Caue, ne imitari velis abominaciones illarum gentium, &c.* 52. A
- Prophetam de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus, &c. 100. C
- Cap. 20. *Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem, quam tu habeas aduersarij exercitus multitudinē, non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est.* 8. A
- Cap. 33. *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius.* 106. B
- Iolue. Cap. 3. *Tollite arcam federis, & precedite populum.* 9. B
- Iudic. cap. 8. *Forsitan palma manuum Zebee, & Salmona in manu tua sunt, & idcirco postulas, ut demus exercitui tuo panes.* 35. A
- Reg. 1. cap. 20. *Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui faciat omnia, qua sunt in corde meo.* 74. A
- Iob. cap. 1. *Cumq; transissent in orbem dies coniunij mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, &c.* 17. C
- Cap. 31. *Et librum scribat ipse, qui iudicat.* 104. B
- Ex Psalm. Psal. 2. *Dabo tibi gentes in hereditatem tuam.* 96. A
- Psal. 62. *Parcet pauperi, & inopi, &c.* 142. A
- Psal. 72. *Dominabitur a mari vsq; ad mare.* 135. C
- Psal. 73. *Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta.* 101. B
- Psal. 75. *Et factus est in pace locus eius.* 27. A
- Pf. 104. *Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, &c.* 18. A
- Pf. 105. *Effuderant sanguinem innocentem sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, &c.* 47. A



Index locorum Sacrae Scripturae.

<i>Pf 109. Dixit Dominus, &amp;c.</i>	126. C
<i>Tu es Sacerdos in aeternum.</i>	33. B
<i>Isai. cap. 2. Quia de Sion exiit lex, &amp; verbum Do- mini de Hierusalem.</i>	99. B
<i>Factus est principatus eius super humerum eius.</i>	106. A
<i>Cap. 9. Longaevus, &amp; honorabilis ipse est caput.</i>	8. C
<i>Sedebit super solium David, &amp;c.</i>	121. C. 122. A
<i>Cap. 40. Gregem suum pascet in brachio suo, congre- gabit agnos, &amp;c.</i>	45. C
<i>Cap. 42. Et legem eius insula expectabunt.</i>	100. B
<i>Cap. 49. Dedit te in lucem gentium, &amp;c.</i>	96. A
<i>Leua in circuitu oculos tuos, &amp; vide.</i>	110. B. C
<i>Et erunt Reges nutritij tui, &amp;c.</i>	149. A
<i>Cap. 53. Oblatus est, quia ipse voluit.</i>	55. B
<i>Cap. 60. Aedificabunt filij peregrinorum muros tuos, &amp; Reges eorum ministrabunt tibi.</i>	149. A
<i>Ierem. cap. 3. Regnabit Rex, &amp; sapiens erit.</i>	122. A
<i>Cap. 16. Ad te gentes venient ab extremis terra, &amp; dicent, verè mendacium possederunt patres no- stri, &amp;c.</i>	110. A
<i>Cap. 22. Scribe verum istum sterilem, virum, qui in semine suo non prosperabitur, nec erit de semine eius, qui sedeat super solium David, &amp;c.</i>	124. C
<i>Ezech. cap. 21. Aufer Cidarim, tolle coronam.</i>	108. B
<i>Cap. 44. Et populum meum docebunt, quid sit inter sanctum, &amp; pollutum.</i>	7. C. 11. B
<i>Micheas. cap. 5. Et tu Bethlem terra Iuda, &amp;c.</i>	90. B
<i>Zachar. 9. Dicite filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi.</i>	122. A. 135. B. 142. A
<i>Cap. 14. Percutia pastorè, &amp; dispergetur oves gregis.</i>	45. C

Index locorum Sacræ Scripturæ.

Malach. cap. 2. <i>Labia Sacerdotis custodient scientiã,</i> & <i>legem requirent de ore eius.</i>	45. A
1. Machab. cap. 14. <i>Donec Propheta fidelis surge-</i> <i>ret.</i>	123. B
Ex Matthæi Euãg. cap. 8. <i>Vulpes foueas habent.</i>	121. A
Cap. 17. <i>Reges terræ, à quibus accipiunt tributum,</i> <i>à filiis, an ab alienis?</i>	129. C
Cap. 19. <i>Vade, vende omnia, quæ habes.</i>	145. C
Cap. 22. <i>Filius hominis venturus est in gloria patris</i> <i>sui cum Angelis suis.</i>	45. B
Cap. 23. <i>Omnia, quacunq;, dixerint vobis seruate, &amp;</i> <i>facite.</i>	10. C
Cap. 24. <i>Hic Iesus, qui assumptus est à vobis, &amp;c.</i>	45. B
Cap. 26. <i>Veruntamen, non sicut ego volo, &amp;c.</i>	80. A
Cap. 28. <i>Data est mihi omnis potestas, &amp;c. p. 95. A.</i>	135. C
& 142. A.	
Ex Lucæ cap. 1. <i>Sedebit super solium David.</i>	143. C
Cap. 4. <i>Non est Propheta sine honore, nisi in patria</i> <i>sua.</i>	102. A
Cap. 12. <i>Quis me constituit iudicem inter vos.</i>	141. B
Cap. 22. <i>Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur.</i>	67. A
Cap. 23. <i>Pater dimitte illis, &amp;c.</i>	80. C
Cap. 24. <i>Et nos expectabamus, quia redempturus</i> <i>esset Israël.</i>	123. A
Ex Ioanne. cap. 1. <i>Dedit eis potestatem filios Dei</i> <i>ferri.</i>	113. A
Cap. 5. <i>Pater non iudicat quenquam, sed omne iudi-</i> <i>cium dedit filio.</i>	103. C
Cap. 10. <i>Non misit Deus filium suum, ut iudicet mun-</i> <i>dum, &amp;c.</i>	141. B

## Index locorum Sacræ Scripturæ.

- Cap. 12. Patervenit hora, clarifica filiū tuū* 78. B. & 79. B  
*Tu dicis, quia Rex sum ego.* 136. C  
*Cap. 17. Pro eis sanctifico me ipsum.* 48. C  
*Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius ho-*  
*minis est.* 137. C. 138. A  
*Cap. 18. Regnum meum non est de hoc mundo.* 141. A  
*Acta Apost. Cap. 1. Domine, si in tempore hoc re-*  
*stitues Regnum Israel.* 123. A  
*Epist. ad Rom. cap. 9. Optabam anathema esse à Chri-*  
*sto pro patribus meis.* 48. C  
*Cap. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt.* 135. A  
*Cap. 14. Mortuus est, & resurrexit, ut vivorum, &*  
*mortuorum simul dominetur.* 139. A  
*1. ad Thesalon. cap. 2. Quæ enim est nostra spes, aut*  
*gaudium, aut corona gloriæ.* 111. C  
*Ad Hebr. cap. 1. Factus est omnibus obtemperanti-*  
*bus sibi causa salutis æternæ.* 50. B  
*Cap. 4. Habemus Pontificem, qui penetravit cælos,*  
*&c.* 46. A  
*Cap. 6. Omnis namq; Pontifex ex hominibus assump-*  
*ptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt*  
*ad Deū, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* 6. C  
*Cap. 7. Melchisedech sine patre, sine matre, sine ge-*  
*nealogia, &c.* 31. B  
*In quo enim hæc dicuntur de alia tribu est, &c.* 88. C. 89. A  
*Primæ Pet. cap. 2. Eratis sicut oves errantes, sed*  
*conversi estis ad pastorem, & Episcopum anima-*  
*rum vestrarum.* 97. C  
*Apoc. cap. 1. Rex Regum, & dominus dominan-*  
*tium.* 107. A. & 136. A.

## INDEX RERVM

*Prior numerus paginam, posterior  
lineam indicat.*

<b>A</b> Aron quomodo primus Sacerdos?	p. 20. A
Illius sacrificia cruenta.	p. 88. B
Abimelech solo æquauit Salem.	p. 28. A
Abrahamus sacrificauit Deo.	18. B
A Melchisedecho benedicitur.	24. B
Actus vnius virtutis physice, quomodo ad diuersas virtutes pertineat?	61. B
Adamus Cain, & Abel ad sacrificandũ instituit.	17. B
Adoratio interna, quomodo ab externa distingua- tur?	62. B
Anathemata, quæ dicantur?	49. A
Angeli homines ducunt ad veri Dei cultum.	31. C
Animalia, quæ offerebantur in templo, quid repræ- sentarent?	49. B
Arrij error circa personam Verbi.	75. B
Ascensiones cur sacrificia dicantur?	18. A
Aureola pro alienis bonis operibus pertinet ad sa- cerdotem ex D. Chrysoft.	8. B
Pro proprijs laurea. ibidem.	
B	
<b>B</b> enedicere per antiphrasim pro maledicere.	17. C
Benedicere sacerdotalis actio.	40. A
Bonitas generica sine specifica imparticipabilis.	60. C

## Index Rerum.

### C

<b>C</b> Aietani deceptio circa personam Melchisedechi.	28. A
Caput fidelium Christus D.	111. C
Cathedris, quales præesse debeant ex D. Chryso- st.	11. A. B
Chanaan Regio filiorum Cham,	32. A
Choen vox hebræa, quid significet?	33. A
Christi D. humilitas.	6. A. B
Pastor bonus.	11. C
Natus in Berlethem ex tribu Iudæ.	90. B. C
Mediator inter Deum & homines. ibidem.	
Vere, ac proprie Sacerdos.	44. B. 45. B. 96. B
Dux noster. ibidem.	B.
Non fuit Sacerdos legalis.	88. B. C
Illius Sacerdotium magis assimilatum Iudæorum Sacerdotio, quam gentilium.	47. A
In cruce sacrificavit.	48. B
Fuit hostia pacifica: pro peccato: holocaustum.	50. A
Illius mors, quomodo sacrificium.	51. C
Naturaliter, quomodo moriturus.	56. B
Tota illius vita sacrificium.	97. C
Sacrificium obtulit in nocte Cœnæ.	66. C. 67. A. B. C
Figuratum in immolatione agni.	68. B
Sacerdos simul, & victima.	71. A
Non sacrificavit pro se.	83. B
Non indiguit sacrificio pro se.	77. B
Nec illius fructum participavit.	82. B
Aliter sanctificat, atque alij Sacerdotes.	114. A
Habuit potestatem iudicariam supra omnes ho-	

## Index Rerum.

mines.	103. B. & 138. A
Habuit potestatem legislatiuam supra vniuersum orbem.	99. A
Habuit potestatem excellentiæ á primo conceptionis suæ instanti.	97. B
Habuit aliquarum rerum temporale dominium; non vero omnium.	131. C
Habuit vero omnipotentiam respectu omnium rerum.	135. C
Non fuisse Regem temporalem totius orbis suadet.	145. A. B. C
Verius iudicatur?	147. A
Oppositum probabiliter defenditur?	148. B
Clodoueus Francorum Rex, Regnum accipit de potestate Hormisdæ Papæ.	151. A
Concilij Alexandrini locus exponitur.	84. A
Creatura non satisfacit Deo ad æqualitatem pro peccatis alienis.	114. C
Quæ potestas illi communicabilis?	ibidem.
Crucis sacrificium consummatio cæterorum.	86. A
Crucis titulo Rex Christus D.	122. B
Cruz Christi Regnum.	106. A
Cura maxima circa delectionem sacerdotum.	105. B
<b>D.</b>	
<b>D</b> An id sedem Christi D. qualem appellet ex D. Basilio.	143. C
Decimas accipere actio sacerdotalis.	40. A
Deus per Prophetas Regibus imperabat.	138. C
Diabolus æmulator veri sacrificij.	53. A
Dominium spirituale Christi D. quale?	98. B

## Index Rerum.

- Dominium, & ius Regium non distinguendum  
 in Christo D. 120.B  
 Dominium temporale directe subordinari spiri-  
 tuali sensit Mendocã. 131.A.B  
 Ducis officium, quanta indigeat sollicitudine. 9.C  
**E**cclesiæ communis consensus circa sacrifi-  
 cium Melchisedechi. 39.C  
 Efficacia petitionis Ecclesiæ. 13.A  
 Esau Symoniacus. 34.A  
 Illius primogenitura translata in Iacobum. ibidem.  
*Et coniunctio*, pro particula causali. 40.C. 41.A  
 Eucharistia, vt est sacrificium habet vim satisfa-  
 ctiuam. 70.A  
 Aliter Christo D. passionem suam representauit,  
 & aliter nobis representat. ibidem.B  
 Eucharistiæ sacrificium per modum conuiuij. 85.B  
 Euangelium continet præcepta. 102.C  
 Anathematizantur, qui oppositum censerint. ibidem.  
**F**ides Christi Mediatoris semper necessaria  
 post lapsum. 16.B.C  
 Fœmina hæres Regni deficiente viro. ibidem. 121.C  
 Franciscus Stancarus errauit circa rationem Me-  
 diatoris, & Sacerdotis in Christo D. 72.C  
 Francorum Regum obseruantia erga Eccle-  
 siam. 150.C. 151.A  
 Francorum Reges vnguntur ab Archiepiscopo  
 Rhemensis, vt Reges habeantur. 151.A  
**G**

## Index Rerum.

- G** Edeon é bello victori reuertenti panis offer-  
tur. 34. C
- Gladius spiritualis, quomodo subiectum habeat  
temporalem. 135. B
- H** Eretici Melchisedechiani quomodo er-  
rauerint circa personam Melchisede-  
chi. 21. C. 22. A. B. C
- Hæretici sinistre exponentes verbum *proferens*. 35. A
- Hieracis error. 22. B
- Holocaustum vñionem cum Deo designabat. 50. B
- Homo sacrificijs indiget propter tria. 49. C
- Hostia pacifica pro salute. 50. A
- Pro peccato. ibidem.
- I** mperatores filij Ecclesiæ. 135. A
- Illorum potestas à Deo. Ibidem.
- Illorum erga Ecclesiam obsequium. 148. C
- Infalices, qui Ecclesiæ ausi sunt resistere. 150. C
- Infinitas valoris duplex in operibus Christi D. 76. C
- Ioseph per Salomonem ex familia Dauid. 128. B
- Illius filius putatius Christus D; non adop-  
tius. ibidem. C
- Isacchi mors materia sacrificij esse poterat. 59. A
- Iudæi quomodo Regnum Christo Domino detu-  
lerunt. 123. A
- Iudæi, Messiam temporaliter regnaturum crede-  
bant. 129. A
- Iudicare officium Sacerdotis. 10. A
- Ius Regium, & dominatiuum. 119. B



## Index Rerum.

Ius Regium quale. 138. A  
 Ius herile, & Regium distinguuntur. 148. B  
 Kemnitius confutatur. 43. A

### L

**L**ac, & potus cibis fidelium in fide recen-  
 tium. 110. B  
 Laici, quo modo Sacerdotes ex Tertulliano. 47. B. C  
 Leprosus Sacerdotis iudicio stare debet. 16. B  
 Leuitam Sacerdotem fuisse Christum D. qui cen-  
 serint? 88. A  
 Leuitici Sacerdotij vsus. 42. A  
 In illius sacrificijs, quomodo panis admixtus? ibid. B  
 Lex naturalis nullum determinatum ritum habe-  
 bat in sacrificijs. 19. A  
 In ea aliqui dies festi. ibidem. C  
 Legis naturalis, quales Sacerdotes? 20. B  
 In eadem lege loca ad sacrificandum deputata.  
 Ibidem. C  
 Lex vetus umbra. 99. B  
 Lex Evangelica Hierosolymis tradi cepit. 99. C  
 Lege decalogi duplici præcepto obligamur. 102. B  
 Litteræ maiusculæ aliquid singulare denotant. 101. B

### M

**M**aria Virgo ex Tribu Iudæ. 90. B  
 Per Nathan. 121. B  
 Martyrium quid sit? 58. A  
 Martyrum passiones, quare non sint sacrificia ex  
 mente Medina, & aliorum. 55. A. B. C  
 Alia ratio ex mente Caietani. ibidem. & 56.  
 Vtraque reijcitur. ibidem.

## Index Rerum.

Alia ratio Vasquij.	57. C
Reijcitur.	58. B
Alia Iosephi Ragusa.	59. C
Reijcitur.	B.
Quid sit dicendum ex propria sententia.	65. B. C
Melchisedech fuisse Angelum. error.	23. A
Fuisse verum hominem de fide est.	23. B
Fuisse Regem Salem.	24. & 26. B. C
Cuius Salem? ibidem.	
Quomodo sine patre, sine matre, sine genealogia. ibidem.	C. & 25. A. B. C
Probabiliter fuit Sem.	28. C
Oppositum probabilius.	30. A
Melchisedech Virgo. ibidem. Verus Sacerdos.	32. B
Non sacrificasse, quando panem, & vinum protulit Abrahamo sentiunt aliqui ex catholicis.	36. B. C
Oppositum verum iudicatur.	38. B
Id negare non est hæreticum.	40. A
Negare vero panem & vinum fuisse materiam sui sacrificij hæreticum est. ibidem.	
Panem & vino utebatur pro materia sacrificij.	37. B
Personam Messie in sacrificando sustinuit.	38. A
Rex, & Sacerdos simul.	134. B
Moyse dux simul, & Sacerdos.	134. B
Monotelitarum error.	74. C
N	
Naturale lumen sacrificia dictabat.	17. A
Noe Sacerdos.	18. C
Numerus singularis pro plurali.	101. A

Index Rerum.

- O**blatio simplex, in quo differat á sacrificio. 21. A  
 Obscuritas cognitionis non est de ratione prophetiæ. 101. C  
 Observatio diei festi, quem actum requirat? 19. B  
 Offerre sacra officium Sacerdotis. 16. C  
 Officia Sacerdotis ad duo renovantur. 12. B  
 Orare debet Sacerdos pro populo. 6. C. 7. A. B  
 Oratio, quæ fiebat in sacrificio pro peccato. 13. B  
 Oratio secundarius effectus Sacerdotij. 86. B  
 Oratio Christi Domini pro se ipso. 79. A. 81. B  
 Quomodo non semper exaudita. 86. A  
 Semper exaudita, quomodo? ibidem. C. 81. A  
 Per illam meruit gloriam sui corporis, & nominis sui exaltationem. 82. A  
 Origenis error circa Melchisedechum. 23. A  
 Ozias ex Tribu Iudæ lepra percussus. 191. A
- P**astor debet esse Sacerdos. 11. C  
 Pastoris officium. 12. A  
 Paupertas Christi Domini. 132. A  
 Perfarum Reges utebantur cidari. 108. B  
 D. Petri potestas collata a Christo D. 113. A  
 Qualis fuerit, & quomodo comunicata? ibidem. B. C  
 Potestas Summi Pontificis á Christo D. 114. B  
 Potestas, tam spiritualis, quam temporalis dimanavit á Christo D. 130. B  
 Potestas temporalis compossibilis cum spirituali. 134. A  
 Neutra essentialiter pendens ab altera. ibidem. C  
 Potestas Regia permanens. 139. A

## Index Rerum.

- Prædicata quæ Christo D. conueniunt ratione  
 diuinitatis, quomodo de eo cum reduplicatio-  
 ne dicantur? 71. B
- Principatus Christi D. Monarchicus; 109. C
- Super humerum eius. 106. A
- Propheta fidelis Christus D. 123. B
- Proprietas, & iurisdictio distinguuntur; 119. A
- Q**ualitates Sacerdotum, & Regum. 108. A
- R**egnum Christi D. commune electis. 112. A
- Regnum spirituale pro temporali. 126. C
- Regnum Iudæorum intercisum in Iechonia. 125. B
- Regnum penes Machabæos. ibidem.
- Regnum Iudæorum vsque ad Christum D. per  
 Iudices. 127. A
- Ruben primogenitura translata in Iudam. 34. A
- S
- S**acerdos, & Sacerdotium quid sint? 5. A. B
- Sacerdotis munera, quæ ex diuinis litteris.  
 ibidem C. cum sequentibus.
- Sacerdotum dignitas ex facto Christi, D. 11. B
- Sacerdotes Medici. 7. B.
- Illorum dignitas, ex *P. August.* ibidem. A
- Doctores sunt. ibidem. B. ex *D. Hiero.*
- Duces sunt. 8. A
- Sacerdotium conuenire Christo D; qua homo  
 est, quomodo intelligatur. 73. B
- Illius sacerdotium differt à Leuitico. 91. C
- Perfectissimum est. ibidem.

## Index Rerum.


Sacerdotium, & sacrificium sunt correlativa.	14. A
Sacerdotium fuit in lege naturæ. ibidem.	C
Quale foret in statu innocentiz.	16. A
Sacrificia in lege naturæ post lapsum necessaria.	15. A
Non tantum esse ex occasione peccati.	ibidem.
Qualis actio sit sacrificium, & in quo consistat.	46. B. C
Operatio est religiosa.	48. A
Non includit necessario actionem physicam circa rem oblatam.	51. C
De re oblata, & de actione dicitur. ibidem.	A
Sacrificium humanæ vitæ, non est intrinsece malum.	52. A
Sacrificium Iephte, quomodo excusandum. ibidem.	C
Duplex sacrificium, priuatum, & publicum.	53. C
Sacrificare effectus propriissimus sacerdotij.	77. C
Salem duplex.	26. B
In monte Sion vna.	31. A
Saul figura iudaici populi.	144. A
Stanislai Stamnitij error circa officium mediatoris, & sacerdotis.	73. A
Summus Pontifex habet potestatem à Christo Domino.	114. B
Suppositum diuinum nihil physicum confert actionibus humanitatis, vt sunt ab illa.	73. C
Confert valorem moralem. ibidem.	
T	
<b>T</b> Auri dispositio cernitur in Christo D. in crucem acto ex Tertulliano.	106. C

## Index Rerum.

Theodoti error.	22. C
Tigulitres in Christo D.	136. B
Tribus Iudæ, & Leui permixtæ.	90. C
Tributum non tenebatur soluere Christus D.	129. C
Turca tyrannus.	119. C

<b>V</b> ictores è bello reuertentes cum pane oblato excipiebantur.	34. B
Vnio hypostatice vna sola admittenda.	24. B
Vnicornis media crucis scriptis palus ex Tertul- liano.	106. C

## Index Rerum finis.





COMMENTARIUS  
IN ORATIONEM  
HIEREMIÆ.

AUCTORE

P. F. EMMANUELE DE LACERDA  
*Lusitano Eremita Augustiniensi Doctore Theologo,  
& in celeberrima Conimbricensi Academia  
Sacrae Theologiae professore, & in Portu-  
galliae Regnis Augustiniana fa-  
miliae Visitatore.*

PROOEMIUM.



**P**OST Defletam urbis Hie-  
rosolymæ excidium, mise-  
ramq; & infælicem suę gen-  
tis conditionem, è Regno, &  
famulatu Dei, ac sacerdotio  
in infamé apud Babylonios,  
& Chaldæos seruitutem abentis, tandem

†

per

Proœmium

per *αὐτὸς φωνάζει* in hac Oratione Israelitici  
 populi iacturam, diuini conditoris oculis me-  
 dendam apponit, flectitur enim, Deus ad la-  
 chrymantis animi dolorē, & eo facilius, quo-  
 quis non corporis, sed animæ ruinam lamen-  
 tatur. *Postquam ergo in captiuitatem redactus est*  
*Israel, & Hierusalē deserta est* (verba sunt nostræ  
 Vulgatæ, quæ, paucis demptis, reperiuntur etiã  
 apud Septuaginta pro breui præfatiuncula in  
 Threnos) *Sedit Hieremias Prophetæ flens, & plan-*  
*xit lamentatione hac super Hierusalem, & amaro*  
*animo suspirans, & euians dixit.* Quomodo, &c.

Hieremiam fuisse Sacerdotem, & de gene-  
 re sacerdotum, qui habitabant in terra Benja-  
 min in viculo anathot ipse testatur, ab Hieru-  
 salem tribus distante miliaribus contra sep-  
 tentrionem auctor est D. Hieron. fuisse vero  
 Auctorem Threnorum, siue lamentationum,  
 quæ cum operibus Hieremiæ propheticis cir-  
 cumferuntur, conueniant omnes, tam græci,  
 quã latini, vnde sub eius nomine semper thre-  
 norum liber fuit positus in canone sacrorum  
 librorum, tam antiquo apud Hebræos, quam  
 nouo apud Christianos. Neque obstat quod  
 hic liber Threnorum non sit idem cum libro



Hieremiæ, idest, cum prophetia eius, sed suū habeat peculiarē titulum *echiah* latine *quomodo* hebræorum more: qui libros á prima dictione nominant, vt cerni potest in lib. Genesis hebraice dicto *Bereschub. i. in principio*, quod & in cæteris apparebit discurrenti: quod sane videtur probabile, & ita sentiūt ex Rabbiniis Kimi, & Abhenestra, & ex RR. latinis cōplures, quoniam constat Hieremiã cōposuisse librū suū prophetiæ, & lamentationes has quatuor distinctas alphabetis, & postremo loco orationē, quæ iã non est alphabeto aliquo notata, & si totidē versus contineat, quot sunt alphabeti littere, quæ in alijs capitibus reperiūtur: forte, quia multo magis insigne caput hoc est, in quo continetur Oratio Hieremię, quã cætera quatuor capita, vt pote, quod in ea Hieremias, quasi per recapitulationē cuncta, quæ acerime luget in alijs, hic iam non lugenda corporeis lachrymarum riuulis, sed exponenda ante oculos diuini iudicis suscepit offerenda potius, quam deploranda.

Nō desunt vero, tum ex antiquioribus hebræis, grecisque, & latinis Auctoribus grauissimi, pluresque, quibus nō modo arridet hūc

Threnorum librum ab Hieremia esse editū, sed etiā esse eūdem cum libro prophetiæ eius ex hebreis ita tenuerūt Iosephus, & Philo. qui sacræ Scripturæ libros veteri testamenti iuxta numerū viginti duarū litterarum diuidentes, sub eadē littera cōprehenderunt prophetiam Hieremiæ, & Threnos. Ex græcis in primis Septuaginta idē uisi sunt sentire, qui ad continuādas has lamētationes cum prophetia Hieremiæ apposuerūt illam præfatiunculā, cuius supra meminimus, & quæ habetur in nostra Vulgata, quæ quāuis non sit canonica, magnā tamen habet auctoritatē, quæ Vulgatę nostræ de consensu Ecclesię addita est, tanquam prologus in Threnos. Itaq; ex græcis Patribus idē cēsent D. Gregorius Naz. Orig. D. Epiphanius in lib. de partibus diuinæ scripturæ, ex latinis D. Isidor. lib. 4. Ethymologiarū. cap. 1. & pro cæteris D. Hieron. præfatione in lib. Reg; Efficaxque ratio desumitur ex Trid. sess. 4. ubi in canonem sacrōrum librorum hęc lamentationes sub nomine Hieremiæ cōprehenduntur, nulla facta distinctione inter illas, & prophetiā Hieremiæ, sed quoniam hęc latius examinare nō est huius loci, quomocūq; hęc se habeant

constas est, & certum Auctore lamentationū esse Hieremiam, illasque esse canonicam scripturam: sunt autē ex hebræis, qui velint hunc esse librum, quem Ioachim Rex Iuda legit, & in ignē coniecit, & quē Deus Hieremiæ iussit, ut illū instauraret, & in alio volumine scriberet, quod ille præstitit per Baruch ipsius Amanensem sicut cap. 30. dicitur. *Hieremias autem tulit aliud volumen, & dedit illud Baruch filio Neria scribæ, qui scripsit in eo ex ore Hieremiæ omnes sermones libri, quem cōbussit Ioachim Rex Iuda igni.* &c. Et cum Rabbini sentiant Isidor. Vatab. & Sixtus Senes. lib. 2. suæ bibliothecæ: in quo ego tamen magis assentior alijs existimātibz hunc librum, quē cōbussit Hierem. esse ipsum lib. ū propheticū Hieremię, non hūc lamentationū (si iste distinctus liber reputetur à libro prophetię Hieremię) de quo dici nequeūt, quæ in eodē cap. 36. de prædicto volumine dicuntur: *Et insuper additi sunt sermones multo plures, quàm antea fuerint, circa quod videri poteris Episcopum Detursensem. lib. 2. Isagogæ sacre difficultate vndecima, sect. 4. in fine.*

Fuisse Hieremiam sanctificatum, adhuc in vtero materno constat ex ipsius verbis cap. 1.

suę prophetię: *Prinsquam te formare in utero noui  
 te, & antequã exires de vulua sanctificauit te. Quę  
 verba vtrum de propria sanctificatione per in  
 fusionē gratiæ, & remissionē originalis culpę  
 intelligenda sint, aut tantum de quadam præ  
 paratione, & deputatione ad propheticū mu  
 nus, dubium est adhuc sine nota à Catholicis  
 Doctoribus agitatū, quanquã ego eam partē  
 quę affirmat illum vere sanctificatū fuisse per  
 infusionē gratiæ, & remissionē originalis cul  
 pę multo probabiliore, & fere verã iudicem,  
 pro qua stat D. Tho. 3. p. q. 27. art. 2. ad quē lo  
 cū videri potest Frãcis. Suar. to. 2. disp. 3. sec. 1.  
 & Maldonat. Ioan. c. 10. v. 16. & c. 17. v. 17.*

Prophetavit autē Hieremias in ipso capti  
 uitate tēpore post captiuitatē decē tribuū, fi  
 nitūq, Regnū Israel, & ante captiuitatē duarū  
 tribuū, finēq, Regni Iuda simul cū Nahum, &  
 Sophonia, ea enim est clemētia Domini, vt no  
 tavit D. Hiero., quę iam captiuitate vicina, &  
 Babylonico exercitu obsidente Hierosolymā,  
 adhuc tamen populū ad pœnitentiã per pro  
 phetas hortabatur malens saluare conuersos,  
 quã perdere delinquētes, vnde iã imminente  
 captiuitate prophetare cęperunt Ezechiel, &

In Orationem Hieremiæ.

Hieremias iste in terra Iudæ, ille in Babylone. Prophetavit autē Hieremias adhuc puer anno tertio decimo Iosifæ filij Amon Regis Iudæ, teste eodē D. Hiero. secundum cuius cōputationē annorū Regū Iudæ ab exordio deuastationis Hierosolymæ vsq. ad captiuitatē eiusdē Hierusalē, in qua, & ipse captus est, viginti & duobus annis prophetavit Hieremias, quadraginta autē, & vno annis prophetavit, ductus vero in Ægyptū prophetavit in Taphnis, vt ipse testatur.

Lamentationes eius, quæ hebraicè dicūtur *Chinith*, græce *threni*, latine *lamentationes*, non solū lamēta sunt sed, & vaticinia, nam, vt bene notauit Lyran. in cap. tertium Threnorū ea, quæ Hieremias corporeis oculis vidit, captiuusq; experimento didicit, cum iā ex integro Regnū Israel, & Iuda ceciderant, & euerfa penitus erāt, prius intellectuāli visione præuidit, & postea lamētatus est. Adde, quod, nō tantū Hieremias euerfionē Hierosolymæ per Babylonios, sed etiā illā, quæ tēpore Titi, & Vespasiani exequēda erat per Romanos, lamētatur; à qua vltima euerfione iā Iudæi, vsq; ad secundū Christi Dñi aduentum non liberabūtur: &

videtur esse sententia D. Hiero. in. c. 12. Zachar. & in prologo in Thren. & Ioseph. 10. de Antiquit. c. 6. quod etiã tenet Paraphraſtes Chal. c. 1. Thren. v. 10. has lamentationes eſſe illas, de quibus. 2. Paralip. 35. fit mencio, cum dicitur de Iofia: *Mortuus eſt, & ſepultus in Mausoleo patrum ſuorum, & vniuerſus Iudã & Ierusalẽ luxerunt eũ, Hieremias maxime, cuius oēs cantores, & cãatrices uſq; in præſentẽ diẽ lamẽtationes ſuper Iofia replicãt.* Vnde cũ ſecũdũ hãc ſententiã Hieremias has lamẽtationes ediderit in principio Regni Ioachas filij Iofia (qui Ioachas tantũ regnauit tribus mẽſibus) fit cõſequẽs vt viginti & duobus annis ante excidiũ Hieroſolymitanũ cõpoſuerit Hieremias præſentes lamẽtationes, nã Ioachim qui ſucceſſit Ioachas regnauit vndecim annis, & Sedechias poſt tres meſes Iechoniae ſine ſecundi Ioachim, regnauit alijs vndecim annis, in fine autẽ Regni eius euerſa fuit Hieruſalẽ, & de hac euerſione pariter, & lamẽtationes, & vaticinia fuerunt hæ Hieremiae lachrymæ, hi fletus.

Myſticẽ autem luget ſanctus vates Hieremias, & ex intimo corde deflet captiuitatem illã, quam per peccatũ ſubit fidelis anima ſub

dira seruitute diaboli, á quo, cum decipitur, è dignitate sponsæ in infamem ancillæ seruituté transmutatur, & pulchritudine orbata, priuata decore gratiæ præstantissimo, in squalore, & sordibus illa, quæ téplum Dei erat, volutatur: quæ captiuitas vberiores exigit lachrymarum riuos, quã illa materialis Hierosolymæ euerfio: *Siquis enim* (inquit D. Hiero.) *téplum corporis hominis Dei contéplatus est, tunc, cum castitatis splé- dore refulgeret, parua profecto, & valde inferiore illa prophetica lamentatione putabit, in qua barbarica manus Sancta sanctorum polluisse defletur, & Sacra- ades ignem populi asse hostile, ubi contaminata Cheru- bim, & arca, ac propitiatorium, tabulaq; dua lapi- dea, & vrna aurea lamentatur.* Hæc D. Hieron. cum cæteris, quæ prosequitur.

Quatuor ergo capitibus, quasi quatuor ex intimis præcordijs erumpētibus lachrymarū fluuijs absolvitur Hieremiæ plāctus, vt inquit Hugo in prologo, quaternoq; distinguitur al- phabeto, vel iuxta quaternum excidiū, quod Hierosolyma passa est, de quo vers. 1. pag. 5. ad initium, vel iuxta quatuor sinistros, & in- fælices euentus, quos Hierusalé diuersis tépo- ribus sub diuersis Regibus sustinuit, quorum

primus intelligi potest sub Ioakim Maiori, quē  
 Nabuchodonosor vinxit catenis, & Babylonē  
 duxit. 2. Paralip. 36. secundus vero sub Ioakim  
 minori, qui. 4. Reg. 24. cum matre sua, alijsq; vi-  
 ris, qui secum erāt, & fortissimis bellatoribus,  
 vltrose Nabuchodonosori tradidit: tertius, quā-  
 do Nabusardan succēdit domum Domini, &  
 domum Regis, & domos Hierusalē, & omnē  
 domum cōbussit igni. 4. Reg. 25. mense 5. 7. die  
 mensis anno 19. Regis Babylonis: postremus  
 tandē, qui eodē loco habetur, & apud Hiere.  
 c. 43. tūc extitit, quādo Ismael filius Nathanię,  
 & decē viri cū eo percusserūt Godoliam, reli-  
 quiaq; Israel fugerunt in Ægyptū. Vtrunque  
 hoc denotare potest quaterna alphabeti repe-  
 titio ex Hugone, & cæteris cōmuniter, vnde  
 ille credit in tertia clade ter repetitū alphabe-  
 tum, quia illa fuit omniū grauissima, & quasi  
 in ostensionē vehementis tristitię, & maxoris  
 illam alphabeti ternā repetitionē ad singulos  
 versus agnoscit: sed forte hoc est mysterium  
 indagare, vbi non latet, & tantū quia illud ca-  
 put cæteris longius est, & vnico alphabeto nō  
 poterat sufficienter signari, triplici caracte-  
 rum nota afficitur.



Non defunt sane ex Rabbinis (quod etiam aliquibus nō displicet) qui velint ex significatione hebraicarū litterarū, quæ in his alphabeticis singulis lamentationū versibus apponitur aliquid magnū more suo, & inuolucris plenū eruere, cū tamen nihil in eis animaduersione dignū appareat præter id, quod statim corticē tenus se se conspiciendū exhibet, & quod D. Hiero. & cū eo interpretes cōmuniter animaduertunt, nimirū, litteris alphabeticis decurrentes versus threnorū notari, quia ab ipsis incipiunt: nā primus versus *Echah* in hebræo incipit à prima littera, quæ est *aleph*, secundus, *bachoh* à *beth* B, & tertius *Galetah* à *Gimel* g. & sic de cæteris, quod etiā reperitur in cap. ultimo Prouerb. ab illis verbis *Mulierē fortem*, & deinceps, & quia huiusmodi versus translati ab hebræo in græcum, aut latinum idioma, iam non seruant eandem incipiendi formam, ut patet, iccirco, quasi denotando rem illā, sic huiusmodi notis distinctā insignem esse, siue prænimio mærore, siue prænimia lætitia, aut memorabili aliquo euentu, in ipsis translationibus remanent originales litteræ hebrææ, quæ antea suo ordine capita illa cū singulis ver-

bus decurrebant. Eūdem ordinem obseruatū in litteris alphabeticis reperies in hymno illo natiuitatis *A* solis ortus cardine, vbi deinceps quaternis versibus ductis alphabeticæ litteræ inserūtur. *B. Beatus auctor seculi.* 3. *C. Castæ parentis viscera.* 4. *D. Domus pudici pectoris.* 5. *E. Enixa est puerpera.* 6. *F. Fano iacere pertulit.* 7. *G. Gaudet chorus celestium.* Et Pater Augustinus. 18. de Ciuit. Dei. cap. 23. in carminibus Sybillæ Erythrææ vaticinatū sanctissimum nomē *IESUS* obseruauit per primas carminum litteras.

*I*ulicy signum tellus sudore madescit:  
*E*cœlo Rex adueniet per secula natus,  
*S*cilicet in carne existens, vt iudicet orbem,  
*U*nde Deum cernent incredulus, atq̃ fidelis,  
*S*ummum cum Sanctis in seculi fine sedetem.

Solet in metro huiusmodi obseruatio litterarū memorandū aliquid indicare, & forte ad faciliore memorix apprehensionē, poterit inserui re, nec immerito, si eó fine factū fuisset in ipsis alphabeti litteris, quo nihil poterat excogitari clarius, vellet Hieremias Iudæis ostendere in scripta, & lamēta, & causas, ob quas Hierosolyma sic á Deo suo derelicta in tam vilem, & abiectam abiret seruitutem.

Non me latet illæ septē cōplicationes eius-  
 dē hebræi alphabeti, quas D. Hieron. ex ipsis  
 litterarū significationibus adducit. *Aleph*, itaq;  
 doctrina est, *Beth* domus, *Ghimel* plenitudo,  
*Daleth* tabularum *He* ista, *Vau*, et, *Zain* hæc,  
*Chet* vita, *theth* bonum *iod* principiū, *caph* ma-  
 nus, *Lamed* disciplinæ, siue cordis, *Mem*, ex ip-  
 sis, *Nun* sempiternū, *Samech* adiutorium, *Ain*  
 fons, siue oculus *Pheth* os, *tzade* iustitiæ, *Koph*  
 vocatio, *Resc* capitis, *Scin* dentium, *Tau* signa,  
 ex his vero sic conficiuntur prædictæ septem  
 connexiones. Prima ex *Aleph*, *Beth*, *Ghimel*, *Da-*  
*leth*, doctrina domus, plenitudo tabularū: secū-  
 da *he*, *vau*, *zain*, *chet*, ista, & hæc vita. Tertia  
*theth*, *iod*, bonum principiū, quarta *Caph*, *Lamed*,  
 manus cordis, siue disciplinæ, quinta *Mem*,  
*Nun*, *Samech*, ex ipsis sempiternum adiutoriū,  
 sexta *Ain* *pheth*, *tsade* fons siue oculus oris iusti-  
 tiæ, septima *Koph*, *Resc*, *Sin*, *tau*, vocatio capi-  
 tis dentium signa.

Ex his autem, si petas á D. Hiero. vltiorē  
 intelligentiam sic ille explicat, vt in prima cō-  
 nexione doctrina Ecclesie, quæ domus Dei est  
 in librorū plenitudine reperiatur, in secūda di-  
 catur illā esse vitā, quæ consistit in cognitione

scripturarū, per quas Christus D. innotescit, qui est vita credentium, & sic in sequentibus iuxta cōnexionū explicationes, vt latius apud ipsum videre poteris in prologo in threnos. Hec auctoritate D. Hieron. roborata adduximus, nā multa, quæ ex huiusmodi caracterib<sup>9</sup> scioli Rabbini erunt hebraisantium argutias potius, quā aliquid solidū continēt. Verum huiusmodi litteras prædictis lamentationibus insertas, nō casu dixerim, nec sine aliquo mysterio relictas, & multominus propter supracitata rationes placebit id, quod Figueroa in prologo in threnos sentit, dum debita cū reuerētia illas nō esse decantandas in principio versuum arbitratur, obstat enim laudabilis, & pia Ecclesiæ consuetudo, dum huiusmodi lamentationes recitat in tribus diebus maioris hebdomadæ, vtpote, quæ accommodatæ sunt ad laudandā, & deplorandā mortē Christi D. saluatoris nostri, & tandē expletis iam quatuor lacrymarum fontibus in his quatuor capitibus contentis postremo loco recitatur, & iam sine a'phabeto, vt supradiximus, oratio Hieremiæ, nā post lacrymarū imbres cum iā humanū cor madescit, & quasi concepto cœlesti rore

pinguescit, tunc aptū redditur ad deprecandū Deum, quale ante lachrymarum effusionem forte non esset: & hæc sic, vt cūq; ex threnorum præfationibus prælibasse liceat, vt quæ in progressu in hoc nostro Cōmentario dicenda sunt apertiora fiant.

Quod si sacrū aliquid aliud ex hoc numero quaternario ab Auctoribus elicere velis: quatuor primo loco expēde litteras ineffabilis nominis Dei *Iehouah*, & ipsum Dei nomē *Tetragramaton* expēde, vnde sacrū pythagoricis, solenneq; semper per illud extitit iuramentum: adducūtur præterea in cōfirmationē ex c. 28. Exodi quatuor pretiosorū lapidū ordines in rationali summi Sacerdotis, in quibus inscripta erant nomina duodecim tribuū Israel, quatuor itidem apud Ezechielem. c. 4. & 10. admirandę speciei animalia, quatuorq; diuersicoloribus equis toto orbe discurrentes quadrigæ, quas vidit Isai. cap. 6. & totidē animalia. Ioan. Apoc. 4. plena oculis ante, & retro, sed vultibus dissimilia, quatuorq; tandem in Ecclesia sancta Euangelijs Christus D. quaternariū numerum sacrauit.

Cū autē sanctissimus vates Hiēremias hic

nō modo Hierosolymæ, sed torius orbis sceleram lamētetur, rectè quidē quatuor hæc lachrymarū capita, quatuor orbis partibus mensuratur, ortui nimirū, & occasui, septétrioni, & meridiei, cū enim homo á Deo supremo artifice creatus totius orbis Dñs sit cōstitutus, merito, dum, è tā fælici sorte, & sublimi statu cecidit, quasi totus cū illo ruat æther, & orbis, dū illius ruinā lamētatur Hieremias quatuor adhibet lachrymarū fontes. Sic Beda in. c. 2. Ioā. prope finē acute in ipso Adami nomine quatuor signatas vniuersi orbis partes notauit per quatuor nominis *Adam* litteras obsignatas, nam αρκτος *arctos*, quod est septétrio ab *a*, & δυσ *dis*, quod est occidens a. d. αναβολη *anatoli*, quod est oriens ab *a*, & μεσημβρια *mesembria*, quod est meridies ab *m*, & quia Adamus sparsus per filios fuit in vniuersum orbem, in ipso nomine inscriptas gerat quatuor orbis partes: sic plane dici potest, quod Hieremias, dum vniuersi orbis peccata mystice deplorat, & pro eis tandem Dei opem implorat quatuor id præstitit lachrymarum fontibus quatuor orbis partibus respondentibus: sed de his hæc satis sint; ad Orationis nostræ Cōmentariū veniamus.



A



COMMENTARIUS  
IN ORATIONEM  
HIEREMIÆ PROPHETÆ.

B

VERSUS PRIMVS.

1.



RECORDARE DOMINE  
quid acciderit nobis ; intue-  
re & respice opprobrium no-  
strum.

C

2. Hæreditas nostra versa est ad alienos , do-  
mus nostræ ad extraneos.
3. Papilli facti sumus absque patre ; matres  
nostræ quasi viduæ.
4. Aquam nostram pecunia bibimus , ligna  
nostra pretio comparauimus.
5. Cervicibus nostris minabamur , lassis non  
dabatur requies.
6. Ægypto dedimus manum , & Assyrijs vt

A

fatu-



- saturaremur pane. A  
 7. Patres nostri peccauerunt & non sunt :  
 & nos iniquitates eorum portauimus.  
 8. Serui dominati sunt nostri : non fuit qui  
 redimeret de manu eorum.  
 9. In animabus nostris afferebamus panem  
 nobis, á facie gladij in deserto.  
 10. Pellis nostra quasi clibanus exusta est á  
 facie tempestatum famis. B  
 11. Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgi-  
 nes in ciuitatibus Iuda.  
 12. Principes manu suspensi sunt, facies sonū  
 non erubuerunt.  
 13. Adolescentes impudice abusi sunt, & pue-  
 ri in ligno corruerunt.  
 14. Senes defecerunt de portis, iuuenes de  
 choro psallentium. C  
 15. Defecit gaudium cordis nostri, versus est  
 in luctum chorus noster.  
 16. Cecidit corona capitis nostri : væ nobis,  
 quia peccauimus.  
 17. Propterea mæstum factum est cor nostrū,  
 ideo contenebrati sunt oculi nostri.  
 18. Propter montem Sion quia disperijt, vul-



pes ambulauerunt in eo.

19. Tu autem Domine in æternum permanebis, solium tuum in generationem & generationem.

20. Quare in perpetuum obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum?

21. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros sicut á principio.

22. Sed proiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

## VERSUS PRIMVS.

*Recordare Domine quid acciderit nobis. Intuere, & respice opprobrium nostrum.*

Explanatio litteralis ad priora verba.



**D**EPE DEVS in diuinis literis humano more introducitur, & recordatus, & oblitus: non quasi huiusmodi hominum affectiones, quæ claram imperfectionem præ se ferunt, in Deum cadant; sed est figurata quædam locutio, cuius sensus

Quomodo  
Deus dica-  
tur & re-  
cordatus,  
& oblitus.

Genes. 30.

D. Hiero.

Lyran.  
Glos. ord.  
& interlin.

Genes. 19.  
Exod. c. 6.

Hiere. 18.

Psal. 12.

ex effectibus pensandus est, & eruendus: cum enim res hominibus prospere eueniunt, & omne datum optimum de sursum sit, Deum sibi adesse putant, & ex opposito in quocumq; sinistro euentu Deum veluti absentem, & absconditum experiuntur; vnde illum pro rerum diuersitate nunc recordatum, nunc oblitum, nunc quasi presentem, nunc quasi absentem alloquuntur. Sic Genes. 30. introducitur Deus recordatus Rachelis dum vuluam eius aperit, aufertq; infame sterilitatis opprobrium; vnde in Chaldaeo habetur: *Et venit memoria Rachelis in conspectu Dei*, quasi antea non esset in conspectu Dei: non, vt inquit Hieronymus ad hunc locum, *tali loquendi modo vititur Scriptura, vt ad memoriam redeat diuinitas, coram qua omne prateritum, & futurum, semper presens est; non enim est dignum in illa maiestate ponere obliuionis iniuriam, sed ideo recordari, vel meminisse postulatur, vt cito auxilium indigentibus conferat, & palam faciat quod antea fuit occultum.* Illi consonat Lyran. & vtraq; Glossa ord. & interlin. nos enim in pœna positi, vt inquit Hieronymus in cap. 3. Abachuch: *Eum putamus oblitum.* Simili loquutione Genes. 19. Deus se recordaturum fœderis promisit, sicq; Exod. cap. 6. *Recordatus est Dominus pacti, quod pepigerat cum Abraham, Isaac, & Iacob:* idemque noster Hieremias cap. 18. à Deo exposcit dicens: *Recordare quod steterim in cōspectu tuo.* Pariter ex opposito Deus aliquando inducitur quasi oblitus, vnde Interlin. habet hoc loco. *Qui oblitus videris, dum non vlcisceris.* Ita Dauid Psalm. 12. Deum ceu oblitum conqueritur dicens. *Vsquequo Domine obliuisceris me*

**A** *in finem.* Quod Rabbinus apud Hugonem Card. quibus consentit Faber, & Incognitus, ita intelligunt quasi Dauid in hoc Psal. quaternam præuidisset vrbis Hierosolymæ euerfionem, primam sub Babylonij, secundâ sub Assyrijs, tertiam sub Græcis, quartam sub Romanis: vnde cum à prima liberati sint per Cyrum sub Nabuchodonosor, vt patet primo Esdræ 1. qui remisit captiuitatem, & facultatem concessit ad reparationem templi; & à secunda, quæ fuit tempore Ozæ Prophetæ, per Darium 1. Esdræ 6. & à tertia sub Antiocho per Machabæos, vt constat ex illorum libris: a quarta tamen sub **B** Tito, & Vespasiano non liberabuntur, sed durabit vsq; ad secundum aduentum Christi, & ideo dicit Deum obliuisci Iudæorum in finem, quia scilicet ante finem mundi iam non recordabitur eorum: nam super tribus sceleribus conuertetur, super quartum autem non conuertetur: sicq; Ieremias hoc eodem capite 20. inquit: *Quare in perpetuum obliuisceris derelinquens nos in longitudinem dierum.* Quod proculdubio de hac vltima euerfione Hierosolymæ intelligendum est, sicut diuus Hieronymus in Thren. calamitates, quas Hieremias hic deplorat, completas fuisse dicit post Christi passionem in ipsa Hierosolymæ euerfione per Titum & Vesp. iuxta **C** Dan. *Post hebdomadas 62. occidetur Christus & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit:* Et concludit tandē: *Et vsq; ad consummationem, & finem perseverabit desolatio.*

Hic est communis & vsitatus loquendi modus, cum tamen Deus nunquam nostri obliuiscatur iuxta Regiū vatem Psal. 136. *Si oblitus fuero tui Hierusalem, obli-*

Faber  
Incognit.

Quater  
euerfa Hie-  
rosolyma.

1. Esdra 1.

1. Esdra 6.

D. Hiero.

Psal. 136.

Dextra  
mea, id est,  
filius meus  
secundum  
aliquos.  
Psal. 49.

uioni detur dextra mea, si non proposuero Hierusalem in principio latitiae meae. Vnde per Isai. 49. Numquid potest mulier obliuisci infantem suum ut non misereatur filij uteri sui, & si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui: ecce in manibus meis descripsi te. Merito ergo Deus per Dauid se dexteræ manus obliturum pollicetur, si obliuiscatur Hierusalem, quam in ipsis manibus descriptam ostendit, sanguine scilicet, & fixura clauorum.

Christus in  
Cruce affi-  
xus victo-  
ria nostra  
est.

Idem Ozeas cap. 2. in principio de Christo promiserat: *Et ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis.* Forte ne pondere peccatorum brachia grauarentur, in cruce sunt clauis affixa, ut sicut antea leuante Moyse manus suas vincebat Israel, sic affixis in Cruce Christi manibus, in quibus descripti eramus, vinceret populus Christianus: nam Isaiæ 4. *In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fetus ipse portabit.* Sicque incredulo Israeli obijciebat Moyles Deut. 1. *Portauit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare puerum paruulum, donec venias ad locum istum:* circa quod vide Chrysost. hom. 45. in Ioannem, & hom. 60. ad populum Anthiochenum.

Isaiæ 4.

Deut. 1.

D. Chrysos.

In vanum clamabit Sion, Isaiæ 49. *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei:* Neminem enim deserit Deus, à quo prius non deseratur, quo circa apposite P. August. et adnotauimus q. 4. posit. in nostra laurea Conimbricensi num. 10. ad illa verba Psal. 39. *Cor meum dereliquit me,* inquit; *Quid mirum si cor tuum desertum est à Deo tuo, quando se ipsum deseruit?* Tunc autem nos deserit, inquit Cassiod. ad eundem Psalm. quando profutura non appetit. Prius ergo est vnum

Isaiæ 49.  
Deus non  
deserit nisi  
deserentes se.  
Psal. 39.

Cassiod.

quemq;

A que m̄q; obliuisci sui, quam Deum illius obliuisci; vnde  
 A quia Hierosalem non est recordata finis sui, Thren. 1.  
 cum iam essent sordes eius in pedibus eius, ideo depo-  
 sita vehementer Deum quasi sui oblitum deprecatur  
 vt recorderetur calamitatum, & afflictionum, quibus se  
 vndiq; circumuallatam lamentatur, *Recordare.*

B Eleganter Tertul. expendens huiusmodi tropologi-  
 cas locutiones, quæ Deo tribuuntur, explicans quo pa-  
 C to intelligendæ sint lib. 2. contra Marcion. cap. 6. in-  
 quit: *Nam & dextram, & oculos, & pedes Dei legimus,*  
 B *nec ideo tamen humanis comparabuntur, quia de appella-*  
 B *tione sociantur: Et infra; Irascetur enim, sed non exacer-*  
*babitur, sed non periclitabitur; mouebitur, sed non*  
*euertetur: omnia necesse est adhibeat propter omnia,*  
*tot sensus quot & causas, & iram propter scelestos, &*  
*bilem propter ingratos & emulationem propter super-*  
*bos, & quidquid non expedit malis: sic & misericor-*  
*diam propter errantes, & patientiam propter non resi-*  
*piscentes; & quæ prosequitur: idq; confirmat exemplis*  
 C *Scripturæ sacræ ostendens pariter Deum magis dilige-*  
 C *re misericordiam, quam hominum vindictam: miseri-*  
 C *cors enim destinatū exitium à Niniuitis auertit, Ion. 3.*  
 C *spatium vitæ Ezechiz lachrymis concessit, 4. Reg. 20.*  
 C *& restituit statum regni tyranno pœnitentia functo,*  
 C *Dan. 4. & 1. Regum 14. filium Saulis moriturum ex*  
 C *deuotione populo concessit, & delicta David in domū*  
 C *Vriæ confessum venia liberauit. Hæc Tertul. & conclu-*  
 C *dit, Nota cum ulciscitur, considera cum indulget, re-*  
 C *pēde austeritati lenitatem. Non enim iniquus est Deus,*  
 C *inquit Paulus ad Roman. 3. qui iram infert, nam ipse*

*Tertul.*  
*Deus se no-*  
*bis accom-*  
*modat, &*  
*quomodo.*

*Ion. 3.*  
*4. Reg. 20.*  
*Dan. 4.*  
*1. Reg. 14.*

*Roman. 3.*

Nahum. 2.  
2. Pet. 3.

Cypria. lib.  
3. epist. 16.

Hug.

Beda.

percutiet & sanabit. Vnde potius expectandus est, si moram fecerit Nahum 2. *Quia veniens veniet, & non tardabit.* Etenim vt habetur 2. Petri 3. *Patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed eos ad penitentiam verti.* Ad hæc optime Cyprianus, lib. 3. epist. 16. ait: *Potens est diuina misericordia medelam dare, dum tamen non putent propere & incaute aliquid festinanter agendum; ne si temere pax vrsurpetur diuina indignationis offensa grauius prouocetur.* Vult enim Deus iustos in hoc seculo non tanquam in patria & quieta sede commorari, vt sic lachrymis & luctu cum se quasi diuino auxilio destitutos viderint, de temporaneis cladibus mentem erigant, & exilium suū agnoscentes patriā futurā inquirant. His consonant, quæ Hugo scribit explicans verba illa Eccles. cap. 4. *Verti me ad alia, & vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas innocentium & consolatorem neminem, nec posse resistere illorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos:* inquit ergo Hugo: *Ergo non putes hic patriam esse.* Et infra, quod ideo factū est hoc vt agnoscas exilium tuum, & patriam inquiras alteram: Et tandem addit: *Et non fert hic consolationē innocentibus Deus, quia illis alibi reseruat consolationes suas; & nunc interim cunctos auxilio destitutos relinquit, ne in auxilio alieno consolentur, qui suum non habent, & magis gemant & suspirent, & desiderent eius consolationem, quam nondum habent.* Ad idem institutum optime Beda rationem reddit, quare Deus iustos aliquando in hoc seculo in miserijs constitutos derelinquere videatur, dicens lib. in Cant. cant. *Sancti viri sic de spe certi sunt, vt tamen semper sint de tentatione*

suspecti

A *suspecti, illis enim dicitur; seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, sicut & de spe nascatur exultatio, & de suspicionem nascatur tremor.* Nam viri iusti nec laboribus franguntur, nec in eis desperant, sicut adamas, quem dum percutit in incude ferrum, potius quam frangat frangitur, & idcirco sæpe Deus simulans se à longe, & fingens longius ire, expectat iustorum pugnã, vt tandem illi præsentibus calamitatibus inuoluti, in lacrymas & suspiria erumpant, clamentque ad Deum: *Recordare Domine.*

B Illustrari potest optime locus iste ex Amos cap. 7. inter punctum, nam vbi Vulgata legit: *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarij*: legunt Septuaginta: *Ecce Dominus stans super murum adamantinum, & in manu eius adamas.* Quo loco D. Hieronym, per adamantem viros iustos intelligit, qui plane nec temporum vicissitudine nec laboribus franguntur. Vnde merito Ægyptij Sacerdotes, constantem virum, qui nullis cedat temporum calamitatibus per Salamandram medijs inambulantiæ flammis expressere. Imo etiam si cum Vulgata legamus: *Marum litum*, & non adamantinum: adhuc in eo exprimitur iustorum in laboribus patientia, nam murus contra temporis iniurias linebatur, ne aquis superuenientibus cederet.

C Recte ergo Dominus stat super murum litum, ne iusti aquis, hoc est, præsentis vitæ miserijs succumbant, quibus adamantinam faciem, & filicis dedit, Ezech. 3. Neque enim aliud à iustis vult, vt eorum semper recordetur, quam quod ipsi etiam recordentur illius. Hoc iam

Amos.

Ezech. 3.

vaticinatus fuerat Haisas cap. 43. dicens : *Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam.* Imo vero & ipsas temporaneas clades Deus potius in remedium mortalibus quam in supplicium elargitur.

Tertul. in  
lib. de Trin.  
cap. 4.

Sæpe vero quos præmia non inuitant deterrent pænæ: vide Nouatianum apud Tertul. in lib. de Trinitate cap. 4. vbi hoc ipsum egregie ostendit, dum inquit : *Nam & quod irascitur Deus non ex vitio eius venit, sed ad remedium nostrum illud facit; indulgens est enim etiã cum minatur, dum per hæc homines ad rectã remocantur.* Nam quibus ad honestam vitam deest ratio, metus est necessarius, vt qui rationem reliquerunt, vel terrore moueantur.

Vt tandem concludamus, illud aduerte; ea sæpe, quæ coram oculis mortalium faua apparent, & solam sapiunt iustitiam, coram Dei oculis esse in homines præstantissimos misericordiæ effectus; sicut & quæ honorifica & gloriosa ab hominibus iudicantur, onerosa & humilia à Deo reputantur.

Pro hoc expende locum Numer. 27. *Tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloria tua:* vbi Pagninus legit: *Et pones de gloria tua super eum:* Chaldaeus paraphrastes *Dabisq; de splendore tuo super eo:* ibi tamen in Hebræo dicitur: *Dabis ei partem humilitatis tuæ:* persuadendo scilicet ei, vt inquit Hieronym. quod suscipiat onus populi ad voluntatem meam. Recte ergo Deus nunc in præsentem gloriam cum humilitate, & lætitiã cum læ-

Hieron.



**A** crymis coniungit: vt enim inquit P. Aug. sermone de verbis Domini 42. tota ista vita intelligentibus tribulatio est, sunt enim duo tortores animæ timor, & dolor seculi; hic quem non decipit prosperitas frangit aduersitas. De hoc ad literam non est cur amplius agamus, cætera in annotationibus.

P. August.

**B** Domine, in Hebræo est ineffabile nomen *Iehouah* tetragrammaton, vt aliquibus placet, quasi à contrario sésu, quia facillime proferri potest cū scribatur per *Iod*, & duo *H.H.* & *Vau*, quæ literæ lenes sunt, & facillimæ expeditionis: vel quod certius est, quia sanctissimum nomen *Iehouah* apud Hebræos nominare nefas erat, solumque summo Sacerdoti id licebat: vnde Hebræi si quando tale nomē in Scripturis reperiebāt, illud omit- tentes loco eius legebant *Adonai*. Vnde Rabbi Hac- cados, qui latine dicitur Mag. noster sanctus, in lib. *Galey Razeia*, id est, *reuelator arcanorum*, interrogatus ab Antonino Consule Romano de significatione sanctis- simi nominis tetragrammaton *Iehouah*, ita illi respō- det, (verba autem eius refert Rabbi Neemias Haccha- næ filius in epistola secretorum scripta ad filium suum Hacchanam). *Quod petis de veritate informari eius sci- licet quod demonstrat nomen quatuor, nomen duodecim, & nomen quadraginta duo litterarum, notum tibi facio, hac esse arcana diuina, quæ omnes homines clam esse debent.* Et infra prosequitur: *Idcirco notum tibi facio Deum non habere nomen cuius nos cognitionem habere possimus, quandoquidem eius substantia est nomen eius, & è con- tra; & quemadmodum eius substantia notitiam nullam habere possumus, quoniam ea cognita similes ei efficere-*

*mur,*

mur, ita sui nominis cognitionem habere nequimus. Et ita olim increbuit Deum esse innominabilem, ut iam Philosophus in lib. de causis propositione 6. dixerit: *Prima causa superior est omni narratione*: neque eius est loquela, deficiunt enim linguæ ad narrationem ipsius. Et Mercurius Trismegistus Deum dixit *Anominon*, id est, sine nomine: & Apollo Delphicus quærenti cuidam quid Deus esset? Respondit inter cætera: *Eius nomē nec verbo capiendū*. Late Theologi de nominib<sup>9</sup> Dei disputant inquirentes an detur, dariue possit nomen aliquod Deum quidditative significans: circa quod videri potest D. Thomas. 1. p. q. 13. Alensis 1. p. q. 68. m. 1. ubi dicit Deum & nominabilem & innominabilem; nominabilem quidem ex ijs quæ secundum nos sunt; & ex his, quæ secundum naturalem rationem de eo accipiuntur: innominabilem vero ex his, quæ secundum ipsum sunt, siue quæ de Deo per fidem tantum cognoscuntur; quod est esse improprie, & non proprie nominabilem: vide eundem mēb. 2. & q. 69. mēb. 3. Id ipsum docuit Ambrosius lib. 2. de Trinitatē quod sunt quædā nomina, quæ proprietatem deitatis ostendunt, quod intelligendum est per similitudinem ad res creatas, ut generatio, verbum, filius & cætera huiusmodi: quædam vero sunt, quæ diuinæ maiestatis exprimunt vnitatem, ut sapientia, veritas, virtus, & huiusmodi: quædam vero alia sunt, quæ per similitudinem de Deo dicuntur trāslatitiē, ut splendor, speculum, & similia. Nullum autem nomen est quod proprius attingat ipsum diuinum esse, quam nomen *Jehouah*, ut inquit P. Aug. lib. 5. de Trin. cap. 2. *Ille, qui dixit Moyse: Ego sum qui sum, qui est*

A

B

C

D. Thom.  
1. p. q. 13.  
Alensis 1. p.  
q. 68.

D. Ambros.  
lib. 2. de  
Trinit.

**A** *miste me ad vos*, veré & proprié dicitur essentia; iam vero *Iehouah* idem est atque essens á verbo *Aiah*. Videatur Dionys. de diuinis nominibus cap. 1. & 7. & de cœlesti hierarchia cap. 1. Naz. orat. 50. in sanctum baptisma. Damascenus lib. 1. de fide cap. 4. Caiet. super cap. 15. Exodi, & in cap. 6. Deut. & alij. Iam vero quia nomen tetragramaton *Iehouah* sæpe incidit in diuinis litteris, hæc de illo prælibare oportuit.

**B** *Quid acciderit nobis*, seu quod fuit nobis, aut quod factum est nobis, iuxta versionem Pagnini & Septuaginta Paraphasis Chaldæa: *Recordare Domine quid decretum sit ut euenerit nobis*. Interlinealis addit, *quam graue malum*. Glossa ordinaria expendit non esse malum naturæ, sed accidens ex pacto hoc quod diuinis oculis obijcitur, hoc enim est malum accidens, meritoque Hierosolymæ ruinam desens Hieremias illam diuinis oculis obijcit, Deus enim adhuc *cum iratus fuerit misericordia recordabitur*: Abacuch. 3. Quam præsto Deus adsit ostenditur illis verbis Regij vatis: *Accedite ad Deum & illuminamini*: vbi in Hebræo habetur *Semnatara*, legit Caiet. *Et illuminati sunt*. Aug. Eugubinus, *Et illuminamini*. D. Basilius, & D. Hieronym. *Et illuminabimini*. Hæc est Dei pietas, hic in mortales affectus, illicó atque ad eum currimus paratum inueniemus, imo & in ipsa iustitia misericordiam experiemur, nec enim omnino manum suam auxiliarem contrahit, nec omni peccâtes nudat misericordia, vt inquit Cyrillus lib. 5. in Isaiam cap. 57. quod Israhel accidit, qui non timuit Deum cœli & terræ, & vniuersorum opificem & artificem.

D. Dionys.  
de diuinis  
nominibus.  
cap. 1. & 7.  
Naz. orat.  
50.

Septuag.

August.  
Eugub.

D. Hiero.

Cassiodor.

Genes. 3.

D. Ansel.  
lib. 2.

Occasionem præbet Paraphrasis Chaldaea, ad illa  
 verba: *Quod decretum fuit, ut euenerit nobis: ut intel-*  
*ligamus ipsas temporarias penas esse (quod supra nota-*  
*uimus) misericordiae actus. Nam licet misericordia &*  
*veritas præcedant solium Regis, magis tamen amica*  
*misericordia: Benigni enim principis est (dicit Cassio-*  
*dor.) ad clementiam commodum transilire terminos mise-*  
*ricordiae. Eos autem Deus videtur transcendere dum*  
*in presenti seculo peccata æterno condigna supplicio*  
*leniter, & ad breue tempus punit, ut in æternum mise-*  
*reatur. Sane hoc malum est, quod nobis pro peccato ac-*  
*cidit, & quod vere ex misericordia Dei intelligere pos-*  
*sumus decretum esse, ut eueniat. Quo circa non deest*  
*ex RR. interpretibus qui locum illum Genes. 3. *Spinæ**  
*& *tribulos germinabit tibi:* potius intelligat in reme-*  
*dium peccati, promissionemque ac pignus ipsius, quã*  
*in penam siue maledictum: erant enim mortales spi-*  
*nea corona redimendi, ut sic Deus dicatur in ipsa pã-*  
*næ inflictione misericordiae recordari, qui seuerior ef-*  
*set si supplicium differret, sicut & homines vitæ diffe-*  
*runt correctionem: Est enim Deus, dixit Diphilus poe-*  
*ta citatus à Clemente Alexand. lib. 5. Stromatum, *quisi**  
*quis facit, sed improbe cum sit malus, tempus ille tempe-*  
*ret: nam tempore ille postero dabit penas. Quid ergo, sicut*  
*notauit D. Ansel. lib. 2. cur Deus homo cap. 9. *miseri-**  
*cordius intelligi valet, quam quod peccatori æternis*  
*penis damnato, & non habenti unde se redimat, Deus*  
*Pater dicit: *Accipe unigenitum meum, & da pro te: &**  
*ipse Filius, *Tolle me, & redime te?* Quasi enim hoc dicunt*  
 cum nos ad Christianam fidem trahunt. Vnde merito

ad idem

A ad idem D. Bernard. exclamat: *Si totum me debeo pro me facto, quid addam pro me refecto, & refecto hoc modo?* cum cæteris quæ eleganter prosequitur. Et P. August. in Psal. 54. optime expendit, & probat Deum siue in aduersis, siue in secundis rebus semper esse laudandũ siue blãdiatur vt pater, siue corripiat vt iudex, quia nõ minus gratiæ in correctione pro peccato exhibet, quã solet in prosperis rebus exhibere. Quibus consonat Chrysof. de reparatione lapsi ostendens, pœnas, quas pro delictis patimur, temporaneas affectus esse Dei medentis, non percutientis: nam qui percutit, ipse sanat, neque aliunde melius iudicij furorem declinamus, quam dum inflictas á Deo pœnas sustinemus; sicque noster Vates cap. 10. á Deo exorabat dicens: *Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo.* Quasi diceret aliud esse iudicium, & aliud furerem: nõ iudicium aliquid in statera suæ æquitatis & misericordie admittit; quod tamen furor excludit, qui summum iustitiæ rigorem attendens ad summam accedit iniustitiam. Vnde per eundem Prophetam cap. 30. non aliter Deus promittit se cum populo suo acturum dum inquit: *Te autem nõ faciam in consummationem, sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius:* vbi in Vulgata habetur, *in iudicio*, legitur in Hebræo *latisbat*, id est, cum æquitate & moderatione ad emendandum & erudiendum, non ad perdendum & vlciscendum, quasi dicat percutiam tanquam pater, non destruam tanquam inimicus: additur vero: *Vt non videaris tibi innoxius:* id est, ne vnquam suspicari possis te sine culpa inuentum, quam pœna cognosci & confi-

D. Bernard.

P. August.

D. Chryso.  
de repara-  
tione lapsi.

A  
 A  
 terri cogit; nam dormientes oculos, aggrauataque aures  
 non sic verba in altum prolata atque verbera, vel etiã  
 leuis supplicij manus aperire solent: vnde eodem cap.  
 Deus illis obijcit: *Curationum utilitas non est tibi*: id  
 est, Deus te vulnerat vulnere captiuitatis corporalis  
 & exilij, vt te sanet à vulnere captiuitatis spiritualis: vt  
 enim supra insinuauimus, ideo Deus in hoc seculo,  
 quod iustis non habentibus hic ciuitatem permanentē,  
 sed aliam futuram inquirentibus, exilium reputatur,  
 pœnas apparat & labores, vt tandem in patria præmia  
 & coronas largiatur: & hanc ob causam peccatorum  
 B  
 B  
 punitio gratissima Deo victima censetur. Sic Esaia 34.  
 dicitur; *Victima Domini in Bosra, & interfectio mag-*  
*na in terra Edon*: Et Hieremix 12. *Congrega eos quasi*  
*gregem ad victimam, & sanctifica eos*: id est, præpara  
 eos in diem occisionis. Simileque habetur Ezechiel. 39.  
 & Sophonix 1. In quibus omnibus locis aperte diuinæ  
 litteræ peccatorum punitionem gratissimam fore vi-  
 ctimam attestantur. Pro omnibus expresse expendi po-  
 test ex Threor. 3. vbi dicitur: *Percussisti, nec misertus*  
*es*: nam pro *Percussisti*, est in Hebræo *Thabatah*, id est,  
 C  
 C  
 mastrasti & iugulasti more victimarum.

Optime Chrysoft. hoc ipsum loco supra citato ex-  
 pendit, multis illustrans quantum in temporanea deli-  
 ctorum punitione diuina misericordia eluceat, & quo-  
 dam modo diuinæ iustitiæ superabundet: vnde non  
 immerito dei misericordiam in hominum manibus  
 per longiorem digitum designatam aliqui voluerunt.  
 Est plane deus (Græcus dicit comicus) vbique, spectat  
 idemque omnia acutus ad cernenda cuncta oculus

A dei, adducit ad supplicia lumen improbos: haud vllus, inquam, transiit plagam dei, vt Latinus poeta ad idē dixit:

*Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,  
At sperate Deos memores fandi, atq; nefandi.*

B Quidquid ergo nobis male accidit, id a deo in scelerum supplicium decretum vel ipsi ethnici fidei destituti lūne perceperunt: idcirco quicquid facimus, aut patimur mortale genus nostrum, venit ex alto; Boetius hoc. Ex misericordia enim dei prouenit quod peccata puniēda non differat in futurum, proindeque saepe ipsis impijs, tanquam instrumentis diuinæ vindictæ, deus vtitur ad exercendos eos, quos parat corrigere. Sic Iudæos per Chaldæos, Chaldæos per Persas, Persas per Græcos, Græcos per Romanos, Romanos per Gothos afflixit, & vastauit, non sane cum ira patibili, sed clementia ineffabili, vt supra Chrysof. citatus.

Boetius.

C Ad locum illum Exodi 34. vbi Vulgata nostra habet: *Domine Deus misericors & clemens, & patiens, & multa miserationis, ac verax*: habet Hebræa ex D. Pat. August. *Et clemens, & tardus ad iram*: vbi Paraphrasis Chaldæa addit: *Et multa faciens bona*: legunt Septuaginta: *Misericors & miserator, & multa misericordie, & verax, & iustum seruans*. Ecce deus ad iram tardus, & ideo semel atque iterum inducitur misericors, inducitur clemens, & multæ miserationis, ac patiens; & tandem postremo loco verbo vnico inducitur iustitiam seruans: non sane quia deus non æque iustus sit, ac misericors, sed quia nos illius misericordiam sapius experimur etiam in ipsis pænis a deo inflctis, quam iusti-

B

tiam;

tiam; vnde in omnibus quæ nobis finistrè accidunt, etiam si nostri videtur oblitus, tamen semper recordatur quid acciderit nobis. Vnde citato loco Exodi statim additur: *Qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem & scelera*: quod Chaldaus explicat dicens: *Parcens eis, qui conuertuntur*: vnde ex misericordia decernit pœnas, quibus oculi sceleratorum aperiantur & videant, nec nimis misericordiam confidentes, nec nimis de sceleribus desperâtes. Vnde Chrysof. hom. 5. in Psal. 80. inquit: *Impiis es? Magos tibi propones; raptor es? Publicanum cogita: Impurus es? Animo tuo meretrix se obijciat: sicarius es? Latro ille ante oculos obseruetur; flagitiosus es? In mentem tibi veniat Paulus, qui prius blasphemus erat, postea Apostolus, prius persecutor, postea euangelista, prius lupus, postea pastor; peccasti, respisce; millies peccasti, millies respisce.* Hæc Chrysof. Nam si magnus peccator, vt inquit D. Bernard. in sermone de triplici misericordia, magna misericordia opus habet, vt vbi abundauit delictum superabundet & gratia, diues est Deus in miserationibus. Quâuis enim mala sæpe nobis accidant, exurgens tamen miseretur Sion, quando venerit tempus miserendi eius. Si enim Deus, vt optime notauit D. Ambr. lib. 1. in Luc. cap. 15. impios quæsiuit, qui eum non quærebant, & pro eis voluit mori; quomodo clamantes ad se non exaudiet? Quo circa eleganter D. Greg. hom. 36. explicâs verba illa Luc. 14. *Cæperunt se excusare: Offert, inquit, Deus quod negare debuerat: non rogatus dare vult, vt largiri dignaretur etiam postulatus: magna enim pietas Dei omnipotentis super nos afficitur, quæ se deserentes*

Chrysof.  
hom. 5.

D. Bernard.

D. Ambr.

D. Gregor.  
hom. 36.



A *nō deserit.* Imo vero si pœnas homini decernit, ideo est  
vt ad cor redeat, & respiscat, illiusque rogatus recor-  
detur, cuius etiam recordatur oblitus.

*Intuere, & respice opprobrium nostrum.*

Eâdem loquutione, qua Hieremias Deū deprecatur vt  
recorderetur Hierusalem, illum etiam per antropopa-  
thora exorat, vt intueatur & respiciat: sicque Exod. 2.  
& 6. dicitur Deus recordatus filiorum Israel, ad illosq;  
respexisse, cum iam clamor eorum ab operibus ad Deū  
ascendisset; quæ loquutio eundem sequitur tropum. Sic  
igitur in presenti Deum alloquitur noster vates dicēs:  
*Intuere, & respice opprobrium nostrum;* quod scilicet  
passi sumus ab his, qui dixerunt nos quasi seruos in ter-  
ram alienam, & abusi sunt nostri in seruitium suum.  
Interlinealis addit: *Facti sumus opprobrium vicinis no-  
stris:* & Glossa ordinaria expendit tria. Primum non  
meminisse sanctum vatem Hieremiam inimicorum  
persequentium, & crudelium exactorum, vt in eos di-  
uinam vindictam inclamaret; sed solum meminisse  
miseriæ, & calamitatis, quam patiebantur. Secundum  
aduertit, & recte; illud *intuere, & respice,* esse fere eius-  
dem verbi repetitionem, maximæq; afflictionis indi-  
cium, per quod melius dolentis ac deprecantis animus  
exprimitur; & illi fauent cætera versiones, quæ vtrunq;  
verbum promiscue hoc loco adducunt: nam habetur  
ex Pagnino & Vatablo pro *intuere & respice, respice  
& vide.* Idem Septuaginta. Tertio loco explicat in  
quo consistat huiusmodi opprobrium, in eo scilicet,

Exod. 2.  
& 6.

quod gens sancta, quales tunc Israelitæ comparatione  
 aliarum nationum, prædita miraculis, Dei præsentia  
 illustrata, in tantum peccasset vt iusto Dei iudicio tam  
 immani multaretur captiuitate: nam dedecus insigne  
 est viris iustis, populoq; à Deo dilecto, infamem subire  
 seruitutem, Deumq; sic se cum illis habere, ac si eos ab  
 impijs non discerneret. Et ad idem opprobrium videretur  
 alluisse Dominus Iosue 5. dum inquit: *Hodie abstuli opprobrium Egypti à vobis*: in cuius signum vocatum est nomen loci illius *Galgalath*, siue *Gilgath*, vt  
 vertunt Pagninus & Vatablus; *Galgalath* autem idem  
 est atque rota, reuolutio, siue ablatio, quasi Deus hoc loco  
 Israelitis promiserit eos deinde ab *Egyptijs* secernendos esse, inter quos per 200. annos & ultra versati, illorumque moribus assueti, vix ab illis iam discerni videbantur, cum etiam incircumcisi essent, sicut *Egyptij*, ita vt hoc loco dicens Deus se ablatum opprobrium *Egypti* ab eis, eos circumcidendos pariter & corpore, quod erat Hebræorum insigne, & vitijs promississet: neque enim aliunde melius iusti, religiosæque personæ à profanis & sceleratis, quam ex morum diuersitate discernuntur. Sed plane opprobrium videtur denotare seruitutem, quam passi sunt in *Egypto*, & à qua, vt inquit Theodoretus, liberantur per circumcisionem, qua præcedente promissionis terram possessuri erant, illiq; dominaturi. Sic ergo in præsentia infamem seruitutem nomine opprobrij diuinis oculis obijcit, propterea dicens: *Intuere, & respice opprobrium nostrum*: quasi dicat; *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio, & derisio his, qui sunt in circuitu nostro, qui*

Iosue 5.

E. h. h.

A videntes nos in huiusmodi miserijs constitutos, quasi gentem sine Deo reputabunt, & mouentes capita sua dicent: siccine populo à Deo dilecto hæ calamitates & miserix cum tam graui infamia, & dedecore euenerunt? Profecto propter scelera sua hanc seruitutem iusto Dei iudicio patiuntur.

B Plane quam graue sit viris iustis si quando illis impij Dei absentiam obijciant, illosque in afflictionibus constitutos quasi à Deo derelictos incusent, sentit Regius Vates Psal. 41. dum lachrymas die ac nocte pro pane habet, ne sitim ( vt inquit P. August. ) minuere viderentur, sed augere, quomodo impij Dei absentiam obijciebant dicentes: *Vbi est Deus tuus?* nam illa particula *dum* æquiualeat causali, fitque sensus: *Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte*, quoniam dicitur mihi quotidie, *Vbi est Deus tuus?*

*Psal. 41.  
D. August.*

C Quomodo vero sicut homo ex culpa venit ad pœnã, vt eleganter dixit D. Gregorius in Moralibus, ita ex pœna venit ad amorem, sentiens iam noster Hieremias Dei flagellum exclamauit, *Recordare Domine*, additq; *intuere & respice*: id est, attente vide, & considera quæ patimur: sic Pater August. personam gerens peccatoris, & de supplicio dolentis in Psal. 38. inquit: *Quomodo tu Domine fecisti me, noli me exterminare, tantum cade vt proficiam, non vt deficiam, tantum cade vt reducar, non vt comminuar.*

*P. August.*

Hoc plane est quod Hieremias noster exorat, & cum lachrymis à Deo deprecatur: sunt enim mortalium corda veluti acantha, quæ solè insequitur, cum eoque mutatur: vnde Deum aspicientem insequuntur, & si

Cir. Alex.

emarcida sunt reuirescunt, in ipsa autem respicientia  
semper in melius commutantur: quod Cyrillus Alex.  
lib. i. in Esaiam cap. vltimo eleganti explicat simili-  
tudine: *Sicut, inquit ille, si sol respiciat segetem, afferet  
fructus, quæ infructuosa mansisset si sol eam non respe-  
xisset; ita ad aspectum Dei mortalia corda fructificant:*  
idque exemplo D. Petri confirmat, dicens: *Petrus ali-  
quando pendè perierat, & ex consecratione apostolici con-  
sortij diabolo per os ancilla pontificis inspirante fuerat  
creptus: idcirco respexit ad eum Iesus; tamen ubi ad eum  
placidi vultus ora conuertit, statim conuersus ad semet-*

A

B

D. Ambro.

ipsum, & prolapsus de precipitio reuocans pedem, flevit  
amarissime; itaq; respectus à Deo locum suum flendo re-  
cepit, quem negando perdidit. Circa quod liceat nobis  
annotare ex D. Ambros. sermone 46. de pœnitentia  
Petri, quantum ille inter lachrymas respectus à Deo  
profecerit: *Respexit, inquit Ambros., Dominus Petrũ,  
& prorupit ad lachrymas nihil voce precatus: inuenio  
quod fleuerit, non inuenio quod dixerit. Recte plane Pe-  
trus fleuit, & tacuit; quia quod desleri solet, non solet ex-  
cusari; & quod defendi non potest, abluí potest: lauat  
enim lachryma delictum, quod voce pudor est confiteri;  
lachryma verecundia consulunt, & saluti; nec erubescunt  
in petendo, & impetunt in rogando. Et vt explicet quo  
pacto lachrymæ elingues, muta & sine vocibus rogæt,  
& in rogando impetant, addit: *Lachryma tacita quo-  
dammodo preces sunt, veniam merentur, causam non di-  
cunt, & misericordiam consequuntur: ita quod vtilio-  
res sunt lachrymarum quam sermonum preces, quia  
sermo in precando forte fallit, lachryma non fallit,**

C

A sicut idem prosequitur; sermo enim interdum non totum profert negotium, lachrymâ semper totum profert affectum: hæc D. Ambros. quibus adiungit duas alias rationes, ob quas Petrus fleuerit, & non loquutus fuerit, quas facile adaptare poteris lachrymis iustorû, quas Deus sine vocibus exaudit: *Ideo, inquit Ambros., non vitur sermone quo sefellerat, quo peccauerat, ne per id ei non credatur ad consistendum, quo usus fuerat ad peccandum;* ac per hoc mauult causam flere, quam dicere, & quod voce negauerat lachrymis confiteri.

B Tacuit secûdo ne tam cito veniæ postulatio per impudentiam plus offenderet, quam impetraret. Est ergo in omni culpa (concludit ille) prius stendum, & postea orocâdum. Vnde merito noster Vates Hieremias quatuor præmittens lachrymarum flumina, tandem hac oratione Deum deprecatur, *Vt intueatur, & respiciat;* semper enim Dêus paratus est respicere super afflictionem & contritionem iustorum. Quam cito autem, si cum lachrymis rogetur, Deum inuocantibus ipse adsit optime expendit D. Bernardus sermone 49. in Cant.

D. Bernard.

C alludens ad illud Genes. 22. vbi cum iam Abrahamus super vnicum dilectumque Isaacum leuaret manum suam vt percuteret, continuo illi adstitit & obstitit angelus, filiumque matris laudibus cômendauit; & tristitiæ, quam de filij morte conceperat, statim prouidit; quod ne forte ex hominum memoria excideret in ipso illius loci nomine inscriptum relinquitur, vocatû est enim nomen loci illius Genes. 22. *Dominus videt.* Nihil enim aliud est Deum hominem in miserijs constitutum videre, quam illi prouidere. Ideo forte in spi-

ritu allegorice Christus super aspidem & basiliscum  
 deambulans introducitur, vt pariter cum eo aspiciat,  
 sanetque quod ille infecerit aspiciendo, hæc est enim  
 in diuino aspectu vis, & proprietas. Merito ergo in æ-  
 rumnis, & laboribus constitutus Hieremias nomine  
 populi afflicti, vt aduertit Hugo Card. post fletum; &  
 lamentum, ad deprecandum Deum accedit, dicens:  
*Intuere & respice:* siue vt Chaldeus vertit; *Contem-  
 plare de cælis.* Illud postremo non est prætereundum, diuini  
 beneficij esse, quod afflicti in lachrymas erumpant,  
 sicque labores leuent; quo fauore Iudæos per Ezechie-  
 lem cap. 24. se priuaturum promittit sub nomine vx or-  
 ris eius. *Ecce ego tollo à te desiderabilia oculorum tuorum  
 in plaga, & non planges neq; plorabis,* id est, conceptum  
 dolorem lachrymis non consolaberis.

Potest sane versus iste allegorice exponi nomine  
 martyrum & iustorum, vt insinuat Glossa ord. qui ab  
 impijs in præsentis sæculo vexantur; anagogice autem  
 de Ecclesia militante, quæ adhuc in pugna & agone  
 contendens, vt accipiat brauium deum deprecatur  
 vt aspiciat opprobrium præsentis seculi. Ad  
 tropologiam facile aptari possunt

multa, quæ diximus, & quæ  
 in fine capituli dicenda  
 supersunt.

A  
VERSUS SECVNDVS.

*Hæreditas nostra versa est ad alienos,  
domus nostræ ad extraneos.*



B  
C  
INC iam incipit Propheta enumerare multa, eaque acerba, & dira, quæ populus in captiuitate patiebatur, dicens primo loco, hæreditatem, hoc est, Iudæam terram illam patribus eorum olim à deo concessam, & quam fauente deo per tot annos coluerunt, ab ipsis ablatam, exterisque nationibus traditam. Carthusianus hoc loco credit deplorare Hieremiam terram promissionis, quod in manu Sarracenorum sit constituta: hæc enim est vera Christianorum hæreditas sibi à Christo patre nostro in terra derelicta: vel etiam ita ut nomine hæreditatis intelligatur Scriptura sacra, quam hæretici deprauare non cessant; quam expositionem C tagit Interlinealis. Allegorica plane est hæc postrema, ad litteram vero hæreditas, ex eodem Carthusiano, denotat terram Iudææ patribus diuinitus promissam, ac datam, in qua per multum tempus demorati sunt. Potest sane cum eodem nomine hæreditatis intelligi cælestis patria, quasi diceret, cælestis illa patria, quæ nobis debebatur quando eramus in gratia, versa est ad alienos, id est, ad alios, quibus dabitur loco nostri si ceciderimus: vnde Apocalipsis 3. dicitur: *Tene quod habes*

*Carthus.*

*Apoc. 3.*

*ne alius coronam tuam accipiat.* Sed iste sensus est plane anagogicus: vnde proculdubio hoc loco hæreditas nihil aliud denotat, quam terram Iudææ ab illis auferendam, tradendamq; Caldæis & Babylonijs propter peccatum idololatriæ, quod Iudæi commiserunt, vbi insinuatur prima deuastatio Iudææ per Chaldæos & Babylonios, qui 200. annis & amplius dominati sunt Iudæis. Vel etiam vt supra diximus potest intelligi postrema deuastatio per Romanos, quæ durabit vsque ad finem mundi; per illam enim grauius peccatum punitum est, vt pote quia Iudæi Christum non receperunt, imo & crucifixerunt.

Quid autem nomine alienorum intelligatur multipliciter exponitur. Chaldæa paraphrasis habet: *Hæreditas nostra versa est profanis.* Figueroa; *Versa est ad Ethnicos.* Carthuf. *ad Chalæeos.* Pinto; *ad Babylonios:* D. Hieronymus ad litteram etiã Babylonios intelligit: nam quod illorum nomine impij, imo & dæmones ipsi comprehendantur, aut profani homines, mysticus sensus est potius quam literalis.

Pro maiori explicatione aduerte, alienum siue alienigenam multipliciter reperiri in diuinis literis acceptum. Primo alienigena dicitur qui non est de genere Iudæorum, vt patet. Secundo qui non est de stirpe Leui, vt videre est Numerorum 18. *Alienigena non miscbitur vobis.* Tertio qui non est de stirpe Aaron, vt videre est Leuitici 22. *Omnis alienigena non comedet de sanctificatis:* quo sensu alieni dicuntur qui non sunt ex eadem stirpe, quanuis sint ex eadem natione, vel etiam patria, dummodo non sint consanguinei,



A vnde Numer. 27. in hereditariam successionem soli consanguinei vocantur, ceteri vero alieni reputantur: sicque in cap. Non dicatis: 32. q. 4. quod desumptum est ex D. Ambros. dicitur: *Audi quod dicat Scriptura: Ejice ancillam, & filium eius; non enim erit haeres filius ancilla cum filio libera, quia scilicet filius ancilla respectu filij libera quasi alienus reputatur.* Quis autem negabit supplicium esse graue, quod aliquis ita se videat spoliatum heredibus, vt hereditatem suam in alienigenarum dominium transferendam speret?

B Nullus plane: hoc enim est malum grande, quod Ecclesiast. cap. 6. se vidisse commemorat, dicens: *Vir, cui dedit Dominus diuitias, substantiam, & honorem, & nihil deest anima sua ex omnibus qua desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus deuorabit illud, id est, non de sua stirpe, sed alienus iuxta Regium vaticinium de iisdem Psal. 48.*

C *Et reliquerunt alienis diuitias suas: vbi alienos Pater August. & Ruffinus intelligunt etiam eos, qui quantum sint legitimi heredes, tamen inutiles sunt, quales fuerunt illi quinque fratres diuitis illius Luc. 16. qui ei in inferno nihil prodesse potuerunt.* Cassiodorus diuitias hic accipit spiritualiter de diuinis vaticinijs, & de ipso Christo: nam fructus illorum, imo & ipse Christus, qui promissus fuerat Israel, & non missus nisi ad oues quae perierant de domo ipsius, ob Iudaeorum peccatum in sortem venit Ecclesiae ex gentibus congregandae. Vnde merito D. Paulus Iudaeorum delictum diuitias mundi vocat, ad Romanos 11. dicens: *Sed illorum delicto salus est gentibus, vt illos emulentur: quod si delictum eorum*

*Psal. 48.  
P. August.  
Ruffin.*

*Luca 16.  
Cassiod.*

*D. Paul. ad  
Rom. 11.*

*dinitia*

diuitia sunt mundi, & diminutio eorum diuitia gētium, quanto magis plenitudo eorum? Et merito sic loquitur Paulus: neque enim lex gratiæ, quæ ex mente Patris Augustini tanquam pretiosa margarita abscondita est in cortice legis veteris, neque ipse Deus (ex mente D. Hieronymi) tanquam thesaurus in carne Christi absconditus, minus proficerent gentibus si gratiæ lex, & Christus à Iudæis reciperentur, quam profecerit ex eo quod Christum Synagoga non recepit.

Iuxta vtrunque autem exponēdi modum non aliud in præfenti deplorat noster Hieremias: primo quia hæreditas, id est, terra Iudææ à deo patribus suis concessa, & quam diu, deo protegente, habitarunt, tradita est Babilonijs & Chaldæis, vel Romanis eam tandem vltimo deuastantibus. Secundo mystice quoniam (vt inquit Hugo Card. ad hunc locum) duplex est hæreditas Christi, altera ex parte Patris, scilicet æterna gloria, omnia enim dedit ei Pater in manus. Matth. 18. & Ioan. 3. altera ex parte matris, scilicet Iudææ: etenim Christus dominus erat Rex Iudæorum, quod vel inuiti Iudæi in crucis titulo inscriptum viderunt. Vtraq; hæc hæreditas hic insinuatur; vtriusque amissionem lamētis prosequitur Hieremias in præfenti. Primo deuastatam & dirutam à Babilonijs Iudæam, & tandem à Romanis. Secundo mystice quatenus spiritualia bona, æternaque beatitudo promissa, ipsaque Ecclesiæ benedictio, atque adeo ipse sponsus Christus dominus derelictus à Iudæis, tandem contingere deberet in sortem gentibus; hæc enim Christi hæreditas est: vnde hæ Christi possessiones, vt notauit sanctus Ephrem an-

Hug. Card.

Matth. 18.

Ioan. 3.

S. Ephrem.  
annor. 3.

A not. 3. quæ Ecclesiæ Catholicæ contigerunt. Quanuis  
 autem Isaïæ 19. *Hereditas mea Israel*, Deus per pro-  
 phetam dixerit, tamen iam ibi gentes in antecedenti-  
 bus verbis benedictæ introducuntur, & futuræ passio-  
 nis Christi hæredes, nomine nimirum *Ægypti*, & *As-*  
*syriorum*, sub illis verbis: *Benedictus populus meus Æ-*  
*gypti, & opus manuum mearum Assyrius*: vt late pro-  
 bat in sua centuria cap. 33. Carthusiësis Abbas. Nec mi-  
 rum est, sed valde assuetum, quod nomine *Ægypti*, &  
*Assyriorum* comprehendantur omnes gentes: quem-  
 admodum enim Græci omnes alios à se barbaros dice-  
 bant, ita & Iudæi ceteros omnes alienigenas, siue vno,  
 siue alio nomine illos vocassent: imo vero vt notauit  
 B diuus Basil. in cap. 4. Isaïæ, nomine alienigenæ intelli-  
 guntur incircumcisi, quales sunt Philistæi, qui dicuntur  
 Alohili, sumpto nomine quasi à diuinatione. Peculi-  
 C liari autem nomine omnes alienigenæ, & exteræ gètes  
 dicuntur Philistæi, quos Græci vocât Palæstinos. Recte  
 ergo alienorum nomine intelliguntur gentes omnes  
 alterius generis à Iudæis, quæ maioratum aliquando à  
 Synagoga ablaturæ erant, illiusque hæreditatem posses-  
 suræ: idque non solum impletum est deuastata Iudæa  
 per Babylonios, Assyrios, & Græcos, & Romanos, sed  
 et iam & præcipue quando Christus ablatiis est à Syna-  
 goga, constitutusque in caput gentium, Psalm. 70. qui  
 locus quanuis primo de ipso Dauide intelligendus ve-  
 niat, qui initio regni sui persecutores multos passus  
 est, cum eum sola domus Iudæ sequuta fuerit 2. Reg. 2.  
 & in ipso filio Absalone contradictionem expertus sit  
 2. Reg. 15. 16. & 17. tamen de Christo Domino optime

Isai. 19.

Carthus.

D. Basil.

Psalm. 70.

2. Reg. 2.

2. Reg. 15.

16. &amp; 17.

inrel-

D. Hiero.

intelligendus venit, qui positus est in signum, cui contradiceretur, & sustinuit aduersus semetipsum contradictionem, Lucæ 2. Vnde D. Hierony. in præfatione in cap. 17. Isaia dixit, verba hæc intelligenda esse de Christo, quando Isaia 63. ascendit tinctis vestibus de Borsra, victor contra populum qui clamauerat: *Crucifige eum*, quasi iam illo deuicto & superato, hæreditatem suam & principatum à Iudæis transferret in gætes, quæ Deum verè non vocauerant. Vnde addit statim: *Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi*: vbi nomine populi incogniti, communiter interpretes populum gentilem intelligunt. Sic Pater August. exponens verba illa Isaia 65. *Dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentem, qua non inuocabat nomen meum; & expandi manus meas ad populum incredulū, qui graditur in via non bona post cogitationes suas.*

August.

August.

Psal. 17.

Dicit ergo Augustinus lib. 7. de Ciuitate Dei cap. 16. populum, qui non cognoscebat Christum, esse populū gentilem, qui eum non cognouit præsentia corporali; in quem tamen Christum sibi annunciatum credidit; hoc est enim quod dicitur: *In auditu auris obediuit mihi, &c.* Psal. 17. Fides enim ex auditu est: proinde merito hæreditas promissa Synagogæ ablata est ab ea, traditaque Ecclesie ex gentibus congregandæ.

D. Ambr.

Eleganter hanc allegoriam prosequitur D. Ambros. serm. 20. in Psal. 118. explicans locum illum Genes. 25. *Dua gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusq; populum superabit, & maior seruiet minori*: dicens: Nonne apertum est mysterium duos significari populos, idest, populum Iudæorum seniorē, & Christianum populum iuniorem, qui propter coeluram

A *lentis primatus fratris accepit senioris? Quo indicio eu-*  
*denter exprimitur, quod populus senior ille terrenus pro-*  
*pter intemperantiam gula, primatum, quem habuit, ami-*  
*sit: populus autem Ecclesia propter sobrietatem & conti-*  
*nentiam, primatus, quos non habebat atatis, confessione*  
*paterna, & pro furto paterna benedictionis eripuit. Quid*  
*est igitur quod populus rapuit Christianus, nisi Dominum*  
*Iesum? A diebus enim Ioannis Baptista regnum caelorum*  
*vim patitur, & cogentes diripiunt illud, sicut ipse Chri-*  
*stus Dominus declarauit Matthæi 11. Bona fraus, quæ*  
*vitam furatur aeternam. Hæc diuus Ambrosius, cum cæ-*  
 B *teris in quibus idem institutum optimè prosequitur,*  
*vtranque Ecclesiam duabus fororibus Lia, & Racheli*  
*æquiparans, quarum iunior amorem præripuit sponsi.*  
*Vnde Lia de Rachele conquesta Genes. 30. dicebat:*  
*Parumne tibi videtur, quod præripueris maritum mihi,*  
*nisi etiã mandragoras filij mei tuleris. Vnde nunc Iudæa*  
*gens misere conqueritur, quod hæreditas illius versa sit*  
 C *ad gentes, id est, Christus ad populum Christianum:*  
*dicitque merito, sed aliter quam Maria: Tulerunt Do-*  
*minum meum, & nescio vbi posuerunt eum: quia scilicet*  
*Synagoga in Lia figurata infirmis oculis Christum*  
*sperauit futurum, sed non agnouit præsentem, nec cru-*  
*cifixum, dicens: Descendat de cruce, & credimus illi:*  
*nec sepultum, signans lapidem cum custodibus: nec*  
*gloriosum, consulens custodibus: Dicite quia dormien-*  
*tibus vobis venerunt discipuli, & tulerunt corpus, &c.*  
 D. *Proindeque optime inquit Chrysologus sermone 32. Chrysol.*  
*Synagoga significatur per illum, qui habebat manum*  
*aridam, Marci 3. Quia Christus quidem ingreditur Sy-*  
*nagogam,*

*nagogam, sed Iudeus nec recipit intrantem, nec agnos-  
cit presentem, nec operantem cacatus intelligit. Hæc  
Chrysologus.*

*D. Ambr.*

Nec minus apposite idem D. Ambros. lib. 7. in Lu-  
cam cap. 13. in principio, egregia similitudine anti-  
quam Ecclesiam cum arbore ficæ confert, quæ florem  
non emittit venturi fructus indicem, sicut aliæ arbores  
consueverunt, sed pro floribus fructus alios quasi au-  
tumnales præmittit, & hos sane casuros vt alij tempe-  
stiu succedant. Sic enim Synagogæ primus fructus  
præcox fuit, vt Ecclesiæ ex gentibus congregandæ in  
lege gratiæ fructus tempestiu succederent; nam acce-  
dente veritate, vmbra oportebat euanescere. iam ve-  
ro tunc omnia illis in figura & vmbra contingebant;  
Lex enim, & Prophetæ vsque ad Christum. Et sicut de  
primis fructibus qui permanent pauci ad maturitatem  
accedunt, dulces tamen sunt, & suaves; sic & nonnulli  
exitere in Synagoga insignes reges, patriarchæ, &  
prophetæ, sed pauci. Cæterum ipsa antiqua Ecclesia  
vmbra fuit, quæ ad aduentum legis gratiæ in ipsa ad-  
umbratæ disperijt, & Synagogæ hæreditas translata est  
ad gentes, quæ Christum receperunt reiectum a Iudæis,  
sicut vaticinatum est ab Isaia cap. 17. *Propterea plan-  
tabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis.*  
Quem locum D. Hierony. explicans inquit: *Prædicabis  
veritatem vnius Dei contra idola, sed negabis Filium  
coæternum Patri, & non recipies Patrem, quia non re-  
cipies Filium:* quasi dicat: Synagogam, dum gentes mul-  
titudini deorum inseruirent, tanquam sponsam vnum  
tantum Deum, vnumque sponsum agnouisse, & in hoc

*Isai.*

*D. Hiero.*

plantasse

A plantasse plantationem fidem; verum hanc Dei filiū  
 A verum Deum, verumque hominem in carne non ag-  
 nouisse. *Sui, enim, eum non receperunt*, Ioan. 1. & pro-  
 inde per hoc alienum germen germinasse, siue hæredita-  
 tem suam translata esse ad alienos, suasque domos  
 ad extraneos: de quo in præsentī conqueritur Hiere-  
 mias.

Ioan. 1.

Eleganter sane ad hoc comprobandum Cyril. Alex.  
 lib. 11. in Genes. in fine expendens quomodo Ecclesia  
 catholica per Apostolos edocta sponsum Christum  
 præripuerit Synagogæ, & quomodo primatus & hære-  
 B B ditas Synagogæ verla sit ad Gentes, inquit: *Rachel quoq̄*  
*pari ratione acceptis à Lia mandragoris filium parit. Ete-*  
*nim Ecclesia gentium cum per Apostolos ex Iudæorum*  
*Synagoga quasi sorore sua Christi mysteria accepisset,*  
*mater illius populi profecto euasit, qui semper in additio-*  
*nibus est, & innumerabilem gentium ex se multitudinem*  
*propagat: Ioseph enim, additio Dei interpretatur: ad-*  
*dita namq̄ Ecclesia gentium gregibus Israël est: vnde &*  
*Saluator noster, Ioan. 10. Et alias, inquit, oues habeo,*  
 C C *quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere,*  
*& vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pa-*  
*stor. Hæc Cyril. quibus consonant multa alia, quæ cita-*  
 to lib. cap. 11. adducit. Ad idem institutum facit Glossa  
 ad 48. Genes. vbi cum Iacob moriens adoptaret in fi-  
 lios duos filios Iosephi, Manassen scilicet, & Ephraim,  
 addidit statim quasi reddens causam huius adoptionis:  
*Mihi enim quando veniebam de Mesopotamia mortua*  
*est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratq̄ vernū*  
*tempus, & ingrediebar Ephratam, & sepelini eam in tra-*

Cyr. Alex.

Ista

Glossa.

C.

viam.

viam Ephrata, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. Vbi quanuis hanc rationem reddat, quasi dicat; ideo non sepeliui eam in Hebron, sicut modo sepeliri exopto, non quia sumptibus parcerem, sed quia erat verum tempus, in quò cito cadauera computrescunt: vel quia tunc in itinere obierit, vbi nimis immorari non licuit. Habet tamen Glossa, forte quia in spiritu præuidens, quod in Bethlehé nasciturus erat Christus sponsus Ecclesiæ catholicæ, Rachel ipsius Ecclesiæ typum sepeliuit in Bethlehé; hæreditas enim senioris sororis Liæ Synagogam adumbrantis ab ea amouèda erat, tradendaque gentibus.

Tertul.

Pulchre Tertul. in lib. aduersus Iudæos cap. 3. cum ex Isaia expenderet Iudææ vastationes, quas hic noster Hieremias lamentatur: sic enim habet Isaïas cap. 1. *Terra vestra deserta, ciuitates vestra igni exusta, regionem vestram in conspectu vestro alieni comedent*, ceteraque innumerabilia pene mala, quæ vates Isaïas recēset, reddens simul rationem, quia scilicet Iudæi geniti à deo illum spreuissent: additur enim: *Filios generavi, & exaltaui; ipsi autem spreuerunt me*: concludit Tertul. adducens verba illa Isaïæ cap. 2. *Venite, ascendamus in montem Domini, & in domū Dei Iacob*; dicitq;: *Non in Esau prioris filij, scilicet domū, sed in Iacob sequētis, id est, populi nostri, cuius mons Christus est sine manibus concidentium præcisus, implēs omnem terram, apud Dan. (cap. 2.) ostēsus, &c. De Sion enim exiet lex, & verbū Domini de Hierusalem.* Hæc Tertul. cum ceteris, quæ citato loco late profequitur, ostendens per aduentum legis gratiæ abolitam fuisse, & inueteratam, legem illam;

quæ



A quæ huius posterioris signum tantum extitit, & figura: & in hoc adimpletum est quod lamentatur Hieremias, dicens: *Hæreditas nostra versa est ad alienos.*

In eo autem sensu, in quo alienus dicitur ille, qui deuiat à moribus & lege Dei, alieni quoque dicuntur ipsi Iudæi; imo & qui à lege Dei deuiant à Deo dicuntur alienari: quo sensu, qui cum aliquo agit tanquam cū extraneo, etiam dicitur ab eo alienari. Sic Genes. 42. de Iosepho cum fratribus loquente dicitur quod alienauit se ab eis. Eodem sensu Machab. 1. *Sedit Demetrius rex in sede regni sui, &c. & mentitus est omnia quacumq;*

B *dixit & alienauit se à Ionatha, idest, quasi cum extraneo fœdus iurum dirupit. Insignis locus est. Isaia 1. Va genti peccatrici, &c. blasphemauerunt sanctū I Israel, alienati sunt retrorsum. Quod diuus Hieronym. explicat de Iudæis quando Marci 8. dixerunt: Non habemus regem nisi Cæsarem. Sicque Psal. 17. dicitur: Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab utero, loquuntur sunt falsa: quem locum D. Hieron. explicat de hæreticis, qui veram doctrinam deprauantes alieni facti sunt*

Hieron.

Hieron.

C à via Dei, cum tamen per baptismum essent filij regni, de quibus Matthæi 8. dicitur: *Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.* Ob eandem causam Iudæi, qui populus Dei fuere, à Dauide filij alieni vocantur, Psal. 17. *Filij alieni mentiti sunt mihi: vbi Pater Aug. D. Hieron. Cassiodorus & alij hunc versum de Iudæis intelligunt, qui potius alienati sunt quam alieni. Ex prauis enim operibus Deum patrem suum deserentes, audiunt Ioan. 8. à Christo Domino: Vos ex patre diabolo estis. Quod Paul. ad Col. 1. explicat*

Psal. 17.  
P. Augus.  
D. Hiero.  
Cassiodor.

Ioan. 8.  
Ad Col. 1.

dicens: *Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis: ubi quasi per mala opera alienati facti sunt à Deo. Ut enim inquit D. Irenæus lib. 4. in Esai. cap. 29. Quicumq; non obediunt Deo, secundum naturam quidem filij sunt, secundum opera autem non sunt, sed ex diabolo, quem imitantur.* Consonat Isidor. de vocatione Gent. *Quicumq; ab aeterna vita premijs abdicatur, alienus est.* Eandemq; ob rationē D. Bernar. serm. 70. in Cantic. citato loco Psalm. 17. filios alienos mystice vocat omnes homines; filios ob retentam dignitatem naturæ, alienos propter amissam rectitudinem: hæc est enim hæreditas, quæ ablata est à Iudæis, & quæ versa est ad alienos. Quasi, ut inquit Carthusianus, spiritualis opulentia est charismatibus gratiarum consistens, quæ ad alienos quodāmodo diuertitur, dum per tentationem diaboli, carnis, & mundi à nobis auferitur. Vnde merito ea spoliati Iudæi cum lachrymis & miserijs amissam hæreditatem per Hieremiam lamentantur: qui enim tali hæreditate spoliantur, omni iucunditate & lætitia carere debent. Notauit Selsius Aug. hæreditatem per salicem significatam. Salix enim ad torrétes nascitur, lætitiāque, & hæreditatem designat; vnde & Hebraum verbum *Veirnuhab*, hæreditates, iucunditates, & salices designat. In quæ ergo verba Iudæi hæreditate promissa, specialique lætitia orbat, potius quam in lamenta eruperent dicentes: *Hæreditas nostra*, id est, lætitiā nostra, versa est ad alienos, id est, ad gentes, quæ deuastatione nostra, & ex-cidio exultantes de lachrymis nostris lætitiā concipiunt. Vnde per Prophetam Ioelem cap. 2. clamabant:

Irenæus.

Isidorus.

D. Bernar.

Carthus.

Sell. Aug.

A

B

C

A *Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominantur eis nationes. Quare dicunt in populis; Vbi est Deus eorum?* Joel. cap. 2.

*Domus nostra ad extraneos.* Domo nominat: nam ciuitates, & villæ Iudæorum à Chaldæis, & cæteris persecutoribus fuerunt subiugatæ, sicut vaticinatum erat per Isaïam cap. 25. dum dixit: *Posuisti ciuitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut non sit ciuitas, &c.* vbi notabis nomine alienorum, apud Septuaginta legi *Assegon*, id est, impiorum. Et Matthæ 123. idem dictum est Iudæis: *Ecce relinquetur domus vestra deserta*, trāsata scilicet lege Dei ad alios. Itaque dum addit: *Domus nostra ad extraneos*, postquā iam dixerat hereditatem verſam ad alienos, maiorem addit præcedentium calamitatum explanationem, & efficacius præsentem miseriam oculis conditoris commendat.

Isaias.

Matthæus.

## VERSUS TERTIVS.

C *Pupilli facti sumus absq̃ patre, matres nostra quasi vidua.*

**H** ARGV M legit hoc loco: *Similes facti sumus pupillis, qui non habent patrem: matres nostra quasi vidua, quarum mariti perrexerunt ad ciuitates maris, & dubitant de eis utrum viuant.* Græca versio legit: *Pupilli facti sumus, non est pater. Matres nostra quasi vidua.* Carthu-

Carthus.

fianus: *Aliquorum nostrorum patres à Chaldeis occisi sunt. Matres nostra quasi vidua viris earum peremptis.* Ne vero sibi videatur contrarius dum viris peremptis matres dicit quasi viduas, notabis particulam quasi hoc loco denotare veritatem, & non tantum similitudinem. Consonat Lyranus, dicens: *Viri enim bellatores mortui fuerunt, & occisi pro maiori parte: & sic filij remanserunt pupilli, & matres vidua.* Verum Glossa ordinaria utroque in loco particulam similitudinis admittit dicens: *Orphani facti sumus veluti non habentes patrem:* Deus enim Iudæos adoptavit sibi in filios. Vnde: *Filius meus primogenitus Israel,* Isaia 4. *Sed facti sunt veluti non habentes patrem; quoniam iniquitatibus suis irritauerunt Dominum Deum in eo quod non erat Deus, & ideo Deus irritavit eos in eo quod non sunt populus, illos misere pupillos atq; orphanos derelinquens.* Verum hæc & similes expositiones magis sapiunt mysticum sensum, nam literæ conformius videtur, quod pupilli dicantur illi, qui carent patre, & viduæ illæ, quæ coniuge sunt orbatæ. Scio Lyranum inter pupillum & orphanum distinguere, quasi pupillus dicatur ille, qui caret matre, orphanus vero qui caret patre. Verum utriq; hoc nomen promiscue accipitur in diuinis litteris, ut passim videri potest, & patebit ex dicendis. Proprie pupilli dicuntur, qui inter pubertatem per parentis mortem, vel emancipationem debuerunt esse in eius potestate: l. *Pupillus. ff. de verb. significatione:* notat Archidiaconus in cap. *Omnis etas. 12. q. 1.* Aliquando autem qui est impubes dicitur pupillus etiam si sit in potestate patris, iuxta tex. in lege finali. s. *pupillus. ff. de*

Lyran.

Gloss. ord.

Isaias.

l. *Pupillus*  
ff. de verb.  
signific.  
Archidias.

verbor.

**A** *verbor. significatione.* Hæc tamen acceptio pupilli impropria est, vt notat Glossa in dicta *lege finali. § Pupillus.* Hoc tamen loco pressius sumitur dum Hieremias Iudæos pupillos lamentatur, vel scilicet, quia quamplures extinctis patribus remanserunt; vel quia derelicti à Deo quasi sine patre pupilli, & orphanis reputantur. Sic D. Hieronymus; quia defensore destituti sumus; quasi pupilli, nec enim eos habemus, qui nobis nutrimenti solatia solebant afferre. Synagoga vero eodem sensu dicitur quasi vidua; nam sicut Deus Synagoga pater extitit Deuteron. 32. dicens: *Hæc vine reddis Domino popule stulte, & inspiens? Nunquid non est pater tuus, qui possidet te, & fecit & creauit te?* Sic etiam per Oseam cap. 2. inquit: *Iudicate matrem vestram, iudicate quoniam ipsa non est uxor mea, & ego non vir eius:* quia scilicet Synagoga (notauit Figueroa) virum suum non solum per adulterium offendit, sed etiam per homicidium, & eius resurrectionis fidem empto mendacio voluit aboleri.

Deut. 32.

Oseas 2.

Figueroa.

**C** Allegoriam vero D. Hieronymus de his explicat, qui propter peccata sua virtutibus spoliati traditi sunt in manus hostiū spiritualium: & merito de Iudæis, qui post Christi aduentum innitentes veteri traditioni ipsam legem Moysis, & benedictionem paternam, quam hæreditario iure videbantur possidere, perdiderunt, & data est gentibus, quæ in Christum crediderunt: *Quia in semine Abrahæ benedicentur omnes gentes terræ.* Genes. 22. vnde repugnantibus illis & contradicentibus prædicationi Pauli & Barnabæ responsum est: Actorum. 13. *Vobis oportebat primum prædicare verbum.*

D. Hiero.

Genes. 22.

Acto. 13.

Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis aeterna vita, ecce conuertimur ad gentes; sic enim praecepit nobis Dominus. Isti ergo quasi pupilli facti sunt absq; patre, quoniam Deum verum patrem habere reuerūt, & alium patrē elegerunt. Ad illos enim dicitur Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis: quorum matres, scilicet synagogæ, factæ sunt velut viduæ, quia priorem virum, hoc est, Deum, propter fornicationem idololatriæ habere non meruerunt.

Adnotauimus, sub nomine pupilli & viduæ magis excitari diuinam misericordiam, & proinde recte Hieremiam nostrum afflictos Indæos, miseramque Synagogam pupillos, viduamque, hoc loco appellare: nam pupillorum ac viduarum voces Deus non despicit, sed potius de longe exaudit. Imo nulla vox tam aperte coram Deo loquitur, atq; viduarum gemitus, Eccles. 35. Non despiciet preces pupilli, nec viduas, si effundant loquelam gemitus. Vnde notanter dicitur loquela gemitus: nam afflictorum gemitus vocem clariorem omni buccina apud Deum emittunt. Egregie Tertul. lib. primo ad vxorem cap. 8. ostendens Deum pupillorum ac viduarum esse assertorem ac vindicatorem, nihilq; esse quod magis diuinæ misericordiæ aures aperiat, quā pupillorum ac viduarum voces, inquit: Nam de viduitatis honoribus apud homines vno dicto eius apud Prophetam (Isai. 1.) Iudicāte pupillo, & defendite viduam, & arguite me; in ste facite viduæ & pupillo, & venite, disputemus; duo ista nomina in quantum despectui humano, in tantum diuinæ misericordiæ exposita suscepit tueri pater omnium. Vide quam ex aequo habetur, qui viduæ benefe-

cerit

Ioan. 8.

Ecclesiast.

Tertul.

Isai. 1.

A *cerit: quanti est vidua ipsa, cuius assertor Dominus disputavit. Non tantum virginibus datum opinor, licet in illis integritas solida, & tota sanctitas de proximo visura sit faciem Dei. Et concludit: Poterit virgo facilius haberi, at vidua laboriosior; illa quod bonum semper habuit, ista quod bonum sibi inuenit: in illa gratia, in ista virtus coronatur. Hæc Tertul. quibus optime illustrat quam peculiaris Deo cura sit de pupillis, ac viduis, qui assertorem eorū agere, & pro eis disputare non dedignatur. Deo enim derelictus est pauper, orphanoque Deus erit adiutor: Psal. 9. Sic enim explicat D. Hieron. Tibi, id est, Deo: quo loco Chaldæa paraphrasis legit, In te sperabant pauperes tui. Idem vero D. Hieronymus legit: Tibi relinquuntur fortes tui: nam qui infirmi sunt, & imbecilles coram oculis hominum, fortes coram oculis Dei reputantur; & quos mundus respuit, eos sibi Deus reseruat, ipsique Deo relinquuntur tanquam peculiaris hæreditas ipsius.*

C *Multis illustrari potest eximius diuinæ pietatis, & clementiæ affectus in eos, qui omni videntur mundi auxilio destitui. Circa quod expendunt nonnulli ad Psalmum 146. verba illa Regij vatis: Et pullis coruorum inuocantibus eum: quia scilicet, vt Aristoteles scribit. 9. de historia animalium, notauitq; D. Gregor. 3. moralium. cap. 8. corui paruuli adhuc plumis degeneres deseruntur a parentibus, interimque pascuntur a Deo rore cælesti, sicque multis vocibus a parentibus deserti Deum inuocare dicuntur. Vide Lorinum ad Psalm. 9. vers. 36. & Incognitum citato Psal. 146. vbi etiam pullos coruorum filios gentilitatis vocat, quia Iudæis pro*

D. Hiero.  
Paraphr.  
Chaldæa.

Aristot.  
D. Gregor.

Lorinus.  
Incognitus

nihilo

nihilo habiti erant, utpote qui versabantur in squallore & sordibus idololatriæ, tamen quia receperunt fidem, quam Iudæi respuerunt, merito Deus illis escam spiritalem administrari voluit, quoniam ipsi sunt qui tanquam pupilli inuocarunt nomen Domini; iam vero pauper & orphanus derelictus est Deo, ipseque illis erit adiutor, Psal. 9.

Matth. 8.

Idem etiam in nouo Testamento optime insinuatur ad illum locum Matthæi 8. *Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri*: nam si quis querat, quare Christus descendat de monte, & in plano, illiusque radice sistat, & verbum Dei ibi edoceat; cum tamen a diabolo tentatus sit in alto, & in vertice transfiguratus gloriæ suæ primitias aliquibus ex discipulis, testibus pariter Helia & Moysæ, aperiret? Respondetur primo, forte id fecisse, ut homines edoceret, rerum cacumina, verticesque montium, dignitates scilicet, principatus, ac prælaturas, periculis esse plenos: *Tangunt enim altos fulmina montes, leuiusq̄ ferit leuiores Deus*. Addit alter ex recentioribus, id non sine consilio factum fuisse, sed maxime esse ad mentem ipsius Dei creatoris, qui sic cum hominibus quasi cum æqualibus agere, eisque parē vicem quandoque rependere non dedignatur: & proinde quia isti, coram quibus Christus Dominus stetit in loco campestri, ex progenie erant, ac stirpe illorum regum, ut refert Bruchardus in descriptione terræ sanctæ, quos ut debellaret Iosue cap. 10. præcepit soli ne moueretur contra vallem Gabaon, Deo obediente voci hominis; illatam eis iniuriam volens Deus quodam modo recompensare, si sol contra ipsos stetit, nūc

Seneca.

Bruchar.  
Iosue 10.



**A** verus sol iustitiæ Christus Dominus descendit de monte, & stat coram ipsis in plano. Cuius simile expendunt Deum cum ipsis aquis egisse, quas si semel in diuinæ vindictæ flagellum contra homines assumpsit, in eisdem postea humano generi contra peccatum remedium in baptisate constituit. Melius ad nostrum institutum D. Ambrosius dicit; ideo Christum Dominum à monte descendisse, vt à pusillis, & infirmis conspici posset, à quibus in alto montis vertice non videretur: infirmi enim montium superiora nequeunt conscendere. D. Gregorius mentem nostram expressit dicens, hoc sic à Christo Domino gestum esse, vt sciant gentes Deum pauperes habere tutorem; Deus enim est qui patrocinatur pupillo, & viduæ, & pro ijs, qui defensore carent, ipse disputat.

D. Ambr.

D. Gregor.

**B** Quid aliud præstitit deus quando Benadab rege Syriæ victo ab Achab Rege Israel, 3. Reg. 20. dicentibusque seruis eius Regi Syriæ: *Dij montium sunt Dij eorum, ideo superauerunt nos; sed melius est vt pugnemus contra eos in campestribus, siue, per planum, vt vertunt Septuaginta: & obtinebimus eum:* deus ad Regem Israel paucis interiectis respondit per Prophetam: *Quia dixerunt Syrij: Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium, dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, & scietis quia ego sum Dominus.* Ecce quantum deus æstimat pauperum, ac humilium tutorem agere, vt in se iniuriam quodammodo irrogari censeat si montium, id est, magnatum, ac superborum deus habeatur, non vero vallium, id est, pauperum ac humilium.

3. Reg. 20.

D. Gregor.

P. August.

Iam vero quod potentes in seculo per montes significentur, sicut per valles pauperes & humiles, familiare est diuinis literis. Sic enim D. Greg. 18. Moral. c. 22. dixit: *Quid per montes, nisi huius seculi potētes accipimus, qui pro terrena substantia in altum tument?* De quibus Psal. 143. *Tange montes, & fumigabunt.* Vnde Pater Augustinus ad Psalm. 146. explicans verba illa: *Qui producit fenum in montibus;* inquit, montes esse excellos seculi, & magna aliqua dignitate præditos; & hos fœnum tunc producere sentit quando sua pauperibus & humilibus denegant, & inter eos ea non diuidunt; qui tanquam pupilli, & viduæ, humano fere destituti auxilio, diuinam inuocant pietatem: qui enim sunt pauperes, & humiles, magis quam pupilli? Sic enim & ipsomet nomine, iterumque ob nimiam obseruantiam, & commodum naturæ, tegumentum oculi pupilla talis dicitur, quasi diminuta quædam & parua imago, siue imaginacula: siue à puppa pupilla, sicut à puella, puellulla; hæc enim omnia nomina tenera sunt, & beneuolū excitant animi affectum. Vnde iam olim veteribus solemne fuit iuramentum per oculos, quasi per rem nimis dilectam: sicque deus etiam iustos se custodire promisit quasi pupillam oculi sui. Facere & ingeniose dixit Orator apud Plutarch. opusculo de officiosa verecundia, impudentem in oculis non habere virgines, seu puellas, sed meretrices; quia scilicet virginum est erubescere, quod nescit impudens.

Ad institutum redeunt illud pro hac parte postremo loco addimus, deum sæpe iustos pupillorum, ac viduarum misérias pati velle, vt postea in huiusmodi

A statu, & sub his nominibus constituti facilius diuinæ  
 misericordiæ fructus vberiores percipiant, quos tamen  
 nunquam degustarent, nisi prius fuissent flagello Dei  
 percussi. Celebris est locus ille Exo. 17. quem recitans,  
 & explicans D. Paulus primæ Corinthior. 10. de filiis  
 Israel, inquit: *Et omnes eundem potum spiritalem bi-*  
*berunt: bibebant autem de spiritali consequente eos pe-*  
*tra; petra autem erat Christus.* Ex eo vero colligit egre-  
 gie Origen. homi. 11. in Exodum, non aliunde melius  
 ad palmam & ad gloriam, quam per pœnas & labores  
 perueniri, & hoc vsque adeo verum esse, vt in ipsomet  
 B Christo Domino adimpletum videamus. Inquit ergo:  
*Ostendit populo petram Moyses, quæ est Christus, & ad-*  
*duxit eum ad ipsam, vt inde bibat, & extinguat sitim suã.*  
*Sed hæc petra nisi fuerit percussa, aquas nõ dabit: percussa*  
*vero fontes producit.* Hæc Origenes, quibus nihil ele-  
 gantius aut accomodatius ad hoc institutum suadendū  
 dici potuit. Qui enim ipsum Dei filium prius percussum  
 viderit quam fontes producentem, intelligat plane  
 mortalem. Sicut enim homo à culpa venit ad pœnam,  
 & postea à pœna ad medicinam; ita Christus Domi-  
 C nus, qui culpam nesciuit, per pœnam nos duxit ad glo-  
 riam, proindeque tunc quando in ipsis miserijs se homo  
 viderit constitutum, intelliget non longe abesse medi-  
 camentum. Vt enim dixit Claudianus in nupt. Ho-  
 nor. *Nec quisquam fruitur veris odoribus,*  
*Hybleos latebris nec spoliat fanos,*  
*Si fronti caneat, si timeat: rubras*  
*Armat spina rosas; mella tegunt apes.*

D. Paul.

Origen.

Merito

Merito ergo Hieremias nosset ut diuinam impleret pietatem, percussos Iudæos ostendit, nec leuiter, sed tanquam pupilles, qui omni defensore carēt, & uiduas, quæ solius Dei auxilio confidere debent.

Doctrina hæc optime habet locum ad illa verba Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.* Circa quod optime Chrystostomus homi. 84. in Ioan. *Mirum est, inquit, Iesum, ubi mors dominata est ibi trophæum crexisse, hoc est, crucem, quam tulit contra mortis tyrannidem; ut scilicet homines edoceret ad gloriam non nisi per passiones perueniri.* Alledit autem D. Chrystostomus ad id, quod etiã annotauit Origenes homil. 35. in Matth. expendens, Christum eodem loco crucifixum fuisse ubi Adamus sepultus erat, quasi defixa in terram crucis radice illum excitaret, dicens: *Exurge qui dormis. Si enim homo per passionem ad gloriam peruenire debet, ecce animam meam pro eis ponam. & sicut in te omnes mortui sunt; ita & in me omnes uiuificabuntur.*

Nec minus apposite idem Chrystost. serm. 6. de passione, inquit: *Actum est ut auctor seculi, seculo teste nasceretur, & à mundo, mundi Dominus ante per pœnam, quàm per gloriam nosceretur.* Nihil enim illi antiquius fuit, quam homines edocere breue iter esse ad gloriam per labores, lachrymas & passiones, & ita humilis & pauper teste seculo nascitur; potens, & gloriosus dum gloriæ suæ umbram manifestat in monte, paucis id præstat, illisque iniungens: *Nemini dixeritis.* Seculo teste, & palam crucifigitur, & cum malignis in medio latronum deputatur: potens, & gloriosus priuatus resurgit à

A sepulchro; singularis enim futurus erat donec transiret. Ut enim Deus ante Christi passionem notus erat in Iudæa, & in Israel magnum nomen eius; ita & postquã pro serpentis in deserto similitudine exaltatus esset in cruce, in quem cunctæ gentes aspicerent, omnes erant illi credituræ. Non aliter D. Gregorius explicans verba illa, Genes. 2. *Immisit Deus soporem in Adam*, inquit: *Quid est quod Adam moriente Eva producitur, nisi quod moriente Christo Ecclesia formatur?* Et pro cæteris parens Augustinus sermone 14. de tempore satis eleganter expendit, quomodo viuente patriarcha Ioseph, filij Israel nunquam dicantur in diuinis literis creuisse; illo autem mortuo dicatur, quod creuerunt, & multiplicati sunt nimis: sibi que respondet, Iosephum figurasse Christum Dominum, quem in multis, aut ferè in omnibus adumbravit. Iam vero antequam Christus crucifixus esset, pauci in eum crediderunt; illo autem mortuo, ad fidem eius omnes gentes confluxerunt; hoc est Dei nostri genium, hoc ingenium, vt quod sæpe secundis rebus deneget, miseris concedat, & afflictis. Quod noscēs optime vates Hieremias, vt Deū ad pietatem & clementiam inflectat miseram suæ gentis iacturam, & ruinam sub humili & abiecto pupillarum ac viduarum nomine exponit. Vera enim poenitentia norma traditur quando à compunctione, & lachrymis anchoat, vt tradit Hugo Victor. in cap. primū Threnorum, explicans illa verba: *Deduc quasi torrentem lachrymas*. Pro quo subtiliter notauit similitudinē torrentis; sic enim notanter positum animaduertit illud *deduc*: inquit enim: *Rinos lachrymarum quasi seor-*

D. Grego.

P. August.

sum

*sum ducimus, quando pro desiderio cœlestis patrie suspiramus: vt notauimus quæst. 2. posuit. de lachrymis Magdalene, de quibus dixi, rerum ordine commutato ipsum cœlum, quod tetraë pluuiam dat, semper irrigare. Quando vero ex recordatione peccatorum compuncti ploramus, riuos lachrymarum nostrarum ad inferiora deijcimus. Et post multa ad idem institutum optime adducta, quibus lachrymas pro peccatis effusas torrenti assimilat, addit: *Torrentis namq. cum magno impetu decurrit: sed quanto vehementius desluit, tanto citius pertransit.* Recte ergo, compunctiois feruor torrenti comparatur, quia quanto maior vis doloris in compunctione fuerit, tanto citius diuina consolatione superueniente pertransit; neque enim Deus illi remedium differt, quæ compunctum corde, vident postulare. Vnde bene D. Gregor. 8. Moral. *Afflicta, dixit, citius inuenit malum, quod fecit, cuius secura nec meminit.* unde diuino munere fit, vt ipse, dixit, 6. Moral. *vt flagella oculos peccatoris aperiant, quas pater vitia securitas celabat.**

Secundum quod adnotauimus, illud est, quo pacto scilicet iustorum anima, quæ per gratiam Dei filia deputantur, & sponsa Christi, per peccatum pupilla maneat, & quasi vidua. Nō quasi per hominis peccatum Christus iustorum pater ac sponsus intereat, sed quia ab anima peccatrice longe recedit, ideo peccans manet, quasi sine patre, & quasi mulieres illæ, quarum mariti perrexerunt ad ciuitates maris, & valde remotas, vt supra tradidimus ex Chaldæo. Sane optime confirmant hoc institutum, quæ colligi possunt ex Tertuliano lib. de anima; loquitur autem de bono & malo, quod in ani-

D. Grego.

D. Chry.

A ma reperitur ) vbi sic inquit : *Quod enim à Deo est non tam extinguitur , quam obumbratur , potest enim obumbrari , quia non est Deus , extingui non potest , quia à Deo est ; itaq; sicut lumen aliquo obstaculo impeditum manet , sed non comparet , si tanta densitas obstaculi fuerit , ita & bonum in anima à malo oppressum aut in totum pro qualitate eius vacat occulta salute , aut qua datur , radiat inuenta libertate.* Hæc Tertul. cum alijs ex quibus ostendit effectus peccati in anima , quanuis hanc secundum suam entitatem , non destruant , obumbrant tamen , & opprimunt , vt diuinæ bonitatis luce non illustretur.

B Hieronymus Guadalupensis in cap. 2. Osee explicans verba illa : *Vadam & reuertar ad virum meum priorem , quia bene mihi erat tunc magis , quam nunc* ( hoc accommodatur filio prodigo ) sic habet , expendit illud *revertar* , quod supponit discessum à priori viro , anima enim per peccatum à Christo sponso , & patre discedens quasi pupilla , & quasi vidua reputatur.

Ex Tertul.  
optima præ  
dictorum  
ratio.

Hieron. Ga  
dalupen.  
Osee. c. 2.

C Nec mirum videri debet quod peccator & si vere per flagitium sponsum Christum non occidat , tamen deinceps quasi sine patre & sponso reputetur , nam dum talem se constituit , se ipsum dici potest occidere. Ad verba illa 33 Deuter. *Peccauerunt ei , & non filij eius in sordibus.* Vbi secundum Septuaginta legitur , *Peccauerunt , non ei filij vituperabiles* : sic explicat Symmachus , quasi dicat eo loco , quia peccauerunt , & sunt vituperabiles , non sunt filij dei , vbi vides peccatores per peccatum deum patrem amittere. Pater August. q. 55. in Deuter. *Peccauerunt* , inquit , *sed sibi ipsis non Deo* ; quod verum est , quia per peccatum sibi solis nocere , non

Deuter. 33.

Symachus.

P. August.

Bredembachius.  
 Psal. 50.  
 Quomodo  
 peccatum  
 nostrū Deo  
 sit, & cōtra  
 nos.

Rom. 5.  
 Ioan. 8.  
 Hugo de  
 S. Victore.  
 D. Basil.

Et. vultus

indūm?

Rugul.

Deo; peccauerunt autem ei (sicut Vulgata legit) quia  
 solius Dei est remittere peccatum: & insuper quia vt  
 Bredembachius ad Psal. 50. hominis peccatum  
 soli Deo est, quia illi soli miserendi occasionem præ-  
 stat: vnde postquam Regius vates dixit: *Tibi soli pecca-  
 ui*, addidit, & *peccatū meum contra me est semper*: quasi  
 diceret: Tibi soli peccatum meum commode euenire  
 potest, qui ex eo in insignem misericordiam erumpis:  
 at vero contra me est semper redigens me in seruitutē,  
 & miseriam: *Corpus enim mortuum est propter peccatum*:  
 ad Romanos 5. *Et qui facit peccatum seruus est peccati*.  
 Ioan. 8. Videatur de hoc Hugo de Sancto Victore in  
 Epistolā Pauli ad Roman. q. 2. Egregie D. Basilus ho-  
 mil. 37. Quod Deus non sit auctor malorum, sed Adam,  
 inquit: *Mortuus est autem ob peccatum, stipendia enim  
 peccati mors est, quantum discedebat à vita, tantum ap-  
 propinquabat ad mortem, vita enim est Deus, privatio  
 verò vitæ mors, quare sibi ipsi mortem per secessum à Deo  
 Adam parauit, iuxta id, quod scriptum est: Ecce qui  
 elongant seipsos à te pereant. Idemque institutum in  
 Angelis bonis ac malis ostendit infra dicens: Gabriel  
 Angelus est, & Deo iugiter adstitit: Sathanas angelus &  
 ex proprio ordine excidit, & illum voluntas in superna  
 seruauit; & hunc mentis libertas deiecit, poterat etiam  
 ille deici, & hic non delabi, sed hunc quidem seruauit di-  
 lectionis Dei insatiabilitas, illum vero reiectaneum fecit  
 à Deo recessus. Hæc D. Basil. vbi vidēs ipsum quoque  
 Angelum per peccatum à Deo recedentem, quasi reie-  
 ctaneum haberi: & ex eodem in moralibus peccatores,  
 colliges legendos esse, tanquam mortuos ob recessum*



A à Deo, qui est vera vita, idque probat ex Paulo 2. Co-  
 A rinth. 12. dicente: *Ne iterum cum venero humiliet me  
 Deus apud vos, & lugeam multos exijs, qui ante peccave-  
 runt, & non egerunt penitentiam, in quo duo vides.*  
 Primum peccatorem velut mortuum lugeri, nam pec-  
 catum occidit animam, secundum peccatum humilia-  
 re hominem tanquam onus graue, Psal. 37. Vnde Chri-  
 fofost. hom. 6. in Ioan. Peccatum adumbratum intelligit  
 in plumbi talento, quod portabatur, apud Zachariam  
 de quo mulier, quæ sedebat in medio amphoræ dixit  
*Hæc est impietas* Zachar. cap. 2. Idem etiam ostendit  
 B D. Basil. homil. 28. in Psal. 114. dicens: *Quandequidem  
 B igitur etiam nos eramus aliquando in gloria, & nobiles  
 in paradisi vita, facti sumus autem in gloriæ, & humiles  
 propter cecitatem, Deus nostri miseretur, dum videt  
 quales ex qualibus facti sumus, quæ propter etiam Adam  
 vocauit per misericordiæ vocem dicens: Adam ubi es,  
 non enim doceri quærebat omnium gnarus, sed intelligen-  
 re ipsum volebat qualis ex quali factus esset. Vbi es, quasi  
 diceret ad qualem casum ex tanta altitudine deuenisti,  
 C & egregie homil. 25. in Psal. 48. quasi obiciens pecca-  
 C tori illam obliuionem, quæ non recordatur miseriæ, &  
 calamitatis, quam patitur, cuique subicitur dum pec-  
 cat, inquit: *Si non prima tuæ generationis memores, ex  
 soluto saltem pro te pretio, aliquam dignitatis tuæ ratio-  
 nem cape: respice ad pretium, quo commutatus es, & tuâ  
 nosce dignitatem, ne brutis pecoribusq; assimileris.* Hæc  
 & similia prolequitur D. Basilus, vt ostendat sic pec-  
 catum dedecere hominem, vt illum non solum omni  
 gloria spoliet, sed adhuc brutis pecoribusque affimilet;*

*Psal. 37.  
 Chriofost.*

*Zach. 2.*

*D. Basil.*

*Hom. 25.*

Boet.

quo circa elegāter Boetius tit. 4. proſa 3. *Quem, inquit, transformatum vitij vides hominem aſtimare non poteſ ſed fuiſſe hominem, adhuc ipſa humana corporis relicta ſpecies oſtentat, auaritia feruet, alienarum opum violen- tus ereptor eſt, ſimilem lupo dix eris, ferox atq; inquietus linguam litigij exercet, cani comparabis, inſidiator oc- cultus ſurripuiſſe fraudibus gaudet, vulpeculis exaque- tur, ira intemperans fremit, leonis animum geſtare cre- datur: cum cæteris per quæ diſcurrendo ex varijs vi- tiorum paſſionibus hominem in belluam transforma- tum deſerta oſtendit probitate, nec mirum eſt pecca- tum ſic hominem à recto ſtatu deturbare, quando & conformem totius vniuerſi harmoniam diſſoluit, ſi- quidem & elementa ipſa omneſque creaturas com- maculat (vt bene notauit Cornelius in cap. 6. Genef. ex- pendens ſingula opera dierum creationis, nam ſi pri- ma die creata eſt lux, hanc fugat peccatum Hierem. 4. *Aſpexi cælum, & non erat lux.* Secunda die creatur firmamentum, & orbis cœleſtes, iam ob peccatum cæ- li complicabuntur, ſicut liber, Iſaiæ cap. 34. Ne ſcilicet peccantes in ſuo ſcelere cooperiāt. Tertia die producū- tur plantæ de hiſ Hierem. 4. *Aſpexi terram, & ecce va- cua, & nihil.* Quarta die producitur Sol, hunc ecclypſat peccatū, Iſaiæ 13. Quinta producti ſunt piſces & aues: de hiſ Hierem. 4. dicitur: *Quod ob peccatum omne vola- tile receſſit.* Sexta die producuntur quadrupedia, hæc peccatum auferunt ex montibus & ſyluis Oſeæ 4. itaq; omnia in homine puniuntur, homo in omnibus per peccatum: nam omnibus priuatur, peccatum enim ra- dix eſt germinans amaritudinem, & fel, ſeu thoxicum,*

Cornelius.  
Peccatus ef-  
fectus in ip-  
ſis elemētis.  
Hierem. 4.

Iſai. 34.

Hierem. 4.

Iſai. 13.  
Hierem.  
Oſeæ. 4.

A

B

C

A

& absynthium Deut. 30. vbi Chaldæus pro *Ne sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem*, legit, *Ne sit inter vos cogitans peccata, & superbiam*. Et D. Petrus Acto. 8. Vtrunque coniunxit fel, scilicet, & amaritudinem cum peccato, dicēs: in felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse & merito, nam peccator lathale hoc absynthium degustans, in morbum incidit lathalem per auersionem & recessum à Deo, à quo qui se elongant peribunt Psalm. 22. merito ergo Hieremias sui populi flens euersionem vr peccati miserias exponeret illum pupillum & viduam appellauit, quibus non est adiutor.

D. Petrus.

Psal. 22.

B

## VERSUS QVARTVS.

*Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra  
pretio comparauimus.*

C



Iserum Iudæorum statum laments prosequitur Hieremias, dum duo elementa, vt inquit D. Hieron. in quibus maxime nutritur vita humana, & quorum vsus omnibus communis est sibi propter captiuitatis penuriam, acerbamque hostium opprimentium tyrannidem difficile dicit esse adepta, ita vt nec ligna ad focum, nec aquam ad bibendum sine pretij redemptione habere possint: Septuaginta legitur: *quam nostram in argento bibimus*: id est, emptam pro argento, sæpe enim propositio, *in*, valet idem, atq; *pro*, vt passim

*Pagnin.  
Vatabl.*

occurrit; vnde idem fit sensus: Pagninus & Vatabl. legunt ex Hebræo: *Ligna nostra pretio venerunt*: quasi dicant non aliter illa habere potuimus, quam empta pretio: *Aqua nostra*, sic dicitur, id est, nostro vsui necessaria, & quia nobis communis esse debebat cum alijs, timebant enim ( vt inquit Rabbi Salomon ) eam haurire ex fluuio propter hostes, ideoq; ab eis cogebantur emere pecunia. *Ligna nostra*, id est, nostro vsui necessaria ad cibos edquendos, aliosque communes vsus, neque enim propter hostium incurfus nobis licebat nemora & dumeta communia adire; vnde cogebamur pretio emere ligna, quæ sine pretio ad manus facile essent in vsus nostros.

Non desunt qui velint, legere: *Aguas nostras*: parum tamen interest, idem enim est sensus in Hebræo *Maijm*, quod nomen semper in plurali reperitur, aliquando tamen vertitur in singulari, aliquando in plurali, in Hebræo autem semper in plurali ponitur, ob duplicem aquam, superiorem & inferiorem, quas firmamentum diuidit, Gen. 1. Vnde cælum dicitur *Schamaijm*, quod ibi aquæ sint iuxta sententiam Rabbi Ioseph, additur vero littera *Schin Sob*, quæ ignem significat, quasi cælum, ignem & aquam contineat; exemplum esse potest vtriusque aquæ acceptionis locus ille Numerorum 24. vbi in Hebræo bis reperitur *Maijm*, & Vulgata nostra, sicut etiam legit D. Hieroni. primo loco vertit in singulari, secundo in plurali, sic enim habet: *Fluet aqua de scytula eius, & semen illius erit in aquas multas*: quia tamē locus iste ænigmaticus est, aduerte Pagninum ex Hebræo etiam legere si militer: *Fluet aqua, & scytula eius, & se-*

*Genes. 1.**Numer. 24.**Pagninum*

- A** *men eius in aquis multis*, vbi primo loco vides *Maïm*, verti, *aquam*, in secundo in plurali *aguas*, ab his tamen verbis longe videntur esse Septuaginta sic legentes: *Exibit homo de semine eius*, & *dominabitur gentibus multis*, & similiter Chaldaeus Paraphrastes, ab eadem expositione videtur abesse, legit enim: *Crescet Rex, qui ungetur de filiis suis*, & *dominabitur populorum multorum*: verum hæ postremæ translationes non discrepant à prima, aquæ enim populi sunt, *Isai. 33.* vnde sensus huius vaticinij communiter exponitur de Christo Domino, in quo benedicentur omnes gentes, & qui dominabitur illis, sicut illi dictum est à Patre in spiritu: postula à me dabo tibi gètes in hereditatem tuam *Psal. 2.* ipse enim est, qui de semine Dauid exurgens reget omnes gentes, vnde dupliciter exponi potest, primo de populo Israelitico sic: erit populus Israel fecundus, & semen eius acrescet nimis, quasi arbores iuxta torrentes aquarum, & decurrentium fluminum, aquæ enim populos & gentes sæpe significant, sic *Isai. 48.* ad Iudæos dicitur: *De aquis Iuda exiistis, id est, qui ex Iuda, quasi ex fonte descenditis.* In secundo sensu Christus etiam per fontem aquarum significatur, sic apud eundem *Isaiam cap. 55.* inuitantur omnes gentes ad fidem, & ad Christum sub nomine aquarum: *Omnes sitientes venite ad fontes aquarum, &c.* & ipse Christus Dominus sitientes inuitat, vt ad se veniant, bibantque ex aqua eius, quam qui degustauerit non sitiet in æternum. *Ioan. 4.*
- B**
- C** Chaldaeus Paraphrastes nihil noui addit, legit enim: *Aquam nostram argento bibimus*, ablatiuus est pretij, & *ligna nostra pecunijs adducebantur*: Glossa ordinaria

Septuag.

Chald. Pa.  
raphra. st.

Isai. 33.

Psal. 2.

Isai. 48.

Isai. 55.

Ioan. 4.

hoc dictum existimat contra sacerdotes, qui faciunt domum Dei, domum negotiationis, qui doctrinam Dei vel sacramenta, & Spiritus sancti dona pecunia distrahunt, cum citatus Isaias sitientes inuiter ad aquas vt sine vlla commutatione bibant vinum & lac; recte ergo hic voce plebis plangitur, cui Scripturarum ligna, & Spiritus sancti dona, quibus ignis in altari quotidie nutritur, pretio comparatur. Eodem fere sensu eundem locum tropologice explicat dicens: aquam pecunia bibunt, qui lachrymarum liquoribus gemendo inebriantur, pecunia scilicet scripturarum, dum in eis aeternae vitae praemia perpendunt, & supplicia quorum meditatione charitatem nutriunt & timorem, & vtroque modo, fit animus pronior ad dolendum iuxta Psalm. 79. *Cibabis nos pane lachrymarum*, similiterque explicat verba sequentia: *Ligna nostra pretio comparauimus.*

Psalm. 79

Ezechiel.

Psalm. 22

Fauet vtrique Glossae expositioni locus ille apud Ezechielem 47. *Et conuertit me ad portam domus, & ecce aqua egrediebantur sub limen Domus ad orientem: aqua autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris: vbi communiter per has aquas doctrina euangelica intelligitur, iuxta Psalm. 22. *Super aquam refectiois educauit me, animam meam conuertit; nam iustus comedit & replet animam suam: sic etiam Ioel. 3. *sic erit in die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aqua & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem sinarum: est enim intelligendus locus de irrigatione doctrinae euangelicae, quae Messiae aduentu diffundenda erat per vniuersum orbem, neque enim aquae***

**A** Ezechieliticæ exeit de templo nisi in portam ad orientem respicientem, idest ad Christum: *Oriens enim nomen eius.*

Consonat Hugo Cardin. dicens: aquam nostram, id est sacramenta Ecclesiæ, quæ a peccatis nos purgât

Hug. Card.

*Zachar. 13. Erit fons patens domui David & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatâ.*

Zachar. 13.

Pecunia bibimus, dicunt subditi, quibus sacramenta venduntur a sacerdotibus; vel aqua sacra scriptura est (sicut etiam Interlinealis) quæ aqua dicitur, quia munda-

Ioan.

Iob.

**B** *Tam vos mundi estis propter sermonem quæ locutus sum vobis.* Et Iob 52. *Si continueris aquas omnia siccabuntur;* nam sine prædicatione doctrinæ sacre messis Christi arefcet plane, similiterque Hugo explicat

Hugo.

etiam posteriorem versus partem: *Ligna nostra, &c.* contra eos, qui spiritualia pretio vendunt: obijcitur

*Isai. 1. Quomodo facta est meretrix, idest, venalis ciuitas fidelis plena iudicij, iustitia habitauit in ea, nunc autem homicida.* Et contra eosdem D. Greg. acriter inuehitur,

Isaias.

**C** dicens: *Tolerabiliores sunt heretici, qui dicunt Spiritum sanctum seruum Patris & Filij, quam symoniaci, qui faciunt eum seruum sibi vendendo eum in sacramentis.*

D. Gregor.

Carthusianus locum nostrum etiam de symoniaciis intelligit, & de his qui spiritualia vendunt, ita vt nomine aquæ, doctrina sacra, nomine vero lignorum exemplaria opera intelligantur; aduertit autem Carthusianus locum intelligi posse tam de Iudæis, qui in Iudæa remanserunt vsque ad direptionem Hierusalem, quam de ijs, qui ad Babylonē captiui ducebantur, nam cap. 4. Ezechiel, postquam Iudæis aqua in mensura bibenda

Carthusia.

Isai. 30.

prædicitur, seu panis arctus, & aqua brevis Isai. 30. quod est egestatis maximæ signum, additur: *Sic comedent filij Israel panem suum, pollutum inter gentes*, id est, inter eos, ad quos ducentur captiui; per panem autem arctum & aquam breuem cibus & potus exiguus intelligitur Luc. 21. alij intelligunt spiritualement animæ cibū, euangelicamque doctrinam, seu præceptum dilectionis Dei, & proximi in quo secundum Apostolum omnia legis continentur mandata ad Roman. 13.

Luc. 21.

Rom. 13.

Psal. 68.

Reg. Vates

Theodoret.

Oseas.

Psal. 45.

Calamitatum magnitudinem notauit etiam Regius vates aquarum nomine Psal. 68. dum volens se vndiq; afflictionibus circumuentum ostendere dixit: *Intrauerunt aquæ usq; ad animam meam, infixus sum in limo profundi; & non est substantia*, ex translatione scilicet (vt aduertit Theodoret.) eorum, qui in profundum mare inciderunt, quique immediate deorsum feruntur, & vix fundum attingere possunt, ipse vero Theodoretus in cap. 11. Oseæ ad illa verba: *Sicut leo rugiet, & formidabunt filij aquarum*; inquit: *Filios aquarum vocauit pisces in aquis degentes vitam*: Et ad Psal. 45. *Sonuerunt & turbata sunt aquæ eorum conturbati sunt montes in fortitudine eius*, per montes dæmonum delubra, & agmina ob superbiam factum, & insolentiam fastigium designari, intelligit; per aquas vero hominum sententias, quæ aquarum more huc & illuc facile feruntur, & à fallacibus spiritibus circundantur, & merito sane fallaces hominum opiniones ad momentum mutabiles in aquis fluidis cum sua mobilitate insinuantur. Inter cætera tamen pro quibus communiùs & frequentius aquæ usurpantur calamitates sunt, & præsentis vitæ miseriam, vt

dice-



**A** dicebamus, in his enim caducæ humanarum rerum vicissitudines, & amaritudines sæpe sæpius adumbrantur, sic Deus populum probauit, apud aquam contradictionis, Pl. 80. Nam cōtradicientes, clamantesq; & murmurantes contra Moysen loquuti sunt, ab euentuque locus ille appellationem sortitus est. Aduertes hic obiter aquas amaras, & quas filij Israel degustare nequibant, misso in eas ligno dulcoratas fuisse, neque enim adeo amari & asperi reputari possunt præsentis vitæ labores, quin misso in eos ligno, illo scilicet, per considerationem, à quo regnauit Christus, dulces reddantur, & suaves, nec mirum quod ab aquis separetur amaritudo, si labores, proposita ante oculos Christi cruce, degustentur, quando aquæ ipsæ, 2. Reg. 2. ad pallium Eliæ diuiduntur. Eodem sensu Ionas cap. 2. aquarum nomine tribulationes, & angustias designauit. *Circumdederunt me aquæ vsq; ad animam meam, abyssus velauit me: pelagus operuit caput meum; verum inistorum fides & charitas medijs non extinguitur vndis; aquæ enim licet multæ non potuerunt extinguere charitatem: adest enim Deus ad cuius nutum, & aquæ lædunt improbos, & tuentur probos, iuxta varicinium Isaïæ 43. Cum trāsieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te: bene hoc adimpletum est Exod. 14. dum dicitur: & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris, erat enim aqua, quasi murus à dextra ipsorum & læua; siue, vt legunt Septuaginta: *Murus à dextris, & murus à sinistris:* at vero persequentibus Ægyptijs occurrerunt aquæ, & operuerunt eos.*

**C** *Pecunia bibimus;* dubium mihi facit Iudæos miseros

Psal. 80.

Elogium de  
Cruce.2. Reg. 2.  
Ionas. c. 2.

Isai. 43.

Exod. 14.

Septuag.

& captiuos in summa egestate constitutos pecuniam habere vnde aquam emerent, & ligna ad vsus necessarios; vnde mihi videtur pecuniæ nomine hoc loco intelligendum esse quicquid in cõmutationem pro aqua, aut lignis reddi poterat, nam vsitata acceptio est, quod nomine pecuniæ quæcunque alia bona accipiantur, sic pecunia teste Plinio lib. 33. cap. 3. à pecu dicta est, vnde & olim nummi pecudis effigie notari solebāt, quicquid enim homo habebat pecunia reputabatur. Ita Pater August. de Doctrina Christiana relatus in cap. Totum. q. 3. Sicque ager ille, Genes. 33. emptum centum agnis, pro quo in Hebræo est *Checita*, id est, nummis: tamen D. Hieronym. Lyr. Pagn. Vatablus & Oleaster. *Centum agnis* intelligunt fuisse venditum: & A&orum 7. vbi dicitur: *Emptus, pretio argenti*. Pineda exponit, de centum nummis signatis agno, sicq; ego locum istum intelligo, *pecunia bibimus*, id est, pretio alicui, sive ceperum nostrorum locatione et vini us, & similiter intelligendus erit locus Deuter. 2. *Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis, aquam emptam haurietis & bibetis*. ex quo loco, Perer. in Exod. cap. 13. disp. 7. Ierin. 11 Pl 16. Abul. in 16. Exod. q. 12. Andreas Mafus in primu in Iosue colligunt Iudæos ventri astuetes alios cibos in deserto comedisse præter Manna; & hac de littera satis sint. De varijs aquarum significationibus vide Cypria. epist. 13. Cyril. de incarnat. Vnigeniti. cap. 26. Gregor. Nissen. de vita Moyfis: Arnobium in Psal. 22. & 32. & 37. Cælium lib. 26. cap. 12. & alios.

Ad mores duo adnotauimus in præcedenti versu. Primum quam graue crimen sit, quamque acriter à Deo

punitendum

P. August.

D. Hiero.

Lyr.

Pagnin.

Vatabl.

Oleast.

Pineda.

Perer.

Ierin.

Abul.

And Maf

Cyprian.

Cyillus.

Greg. Nic.

Arnob.

Cælius.

A puniendum res sacras, & spirituales vendere: secundū, quomodo Deus ex impiorum factis in ipsos supplicia eruat, eos in ipsis peccatis puniendo. Circa primum egregie Græce Hieropolia dicitur hæresis emendi, seu vendēdi aliquid spirituale, vel spirituali annexum opere subsequuto, spirituale intelligitur omne donum Dei datum pro salute animarum: spirituali annexum, sicut ius patronatus, sepultura, calix, beneficium, & officium Ecclesiasticum, au similia ex D. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 1. Nauar. in manual. cap. 23. num. 100. Panormitano in cap. Nemo, vnde symonia ipso nomine & Auctore, infamis est: sic enim dicitur à Symone Mago, qui donum Spiritus sancti emere voluit, Act. 8. vt venditione signorum, quæ per eum fierēt multiplicatam pecuniam lucraretur. Fuit autem hic Symon Magus, Samaritæque seduxit teste Baronio tom. 1. annal. anno Christi 35. & teste Iustino Martyre natione Samarita fuit, vt idem Baronius scribit anno Christi 44. Romam etiam venit quam pluresque seduxit, vt ipse multorum Patrum ac scriptorum testimonijs ostendit. Vt autem D. Thom. aduertit loco citato, sicut illi qui emere volūt spiritualia conformantur Symoni, & dicuntur Symoniaci, ita Giesitæ dici possunt, qui vendere student spiritualia, conformantur enim Giesi discipulo Elisæi, qui 4. Reg. 5. accepit pecuniam à Naamano principe militiæ Regis Syriæ, quam Elisæus reiecerat, vbi obiter notare debes in sola Dei Ecclesia esse aquas, quæ mundent à peccatis, nam loco citato Regum, cum Elisæus misisset ad Naamanum dicens: *Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua.* Ipse indignatus respōdit:

*Symonia  
quid sit?*

*D. Thom.  
Nauar.  
Panorm.*

*Act. 8.*

*Baron.  
Iust. Mart.*

*D. Thom.*

*4. Reg. 5.*

Nunquid non meliores sunt Abana, & Pharphar fluij  
 Damasci omnibus aquis Israel, ut lauer in eis, & munda-  
 der. Tandem locus lepticus in Iordane, & recipiens sani-  
 tatem, dixit: Vere scio quod non sit alius Deus in vniuer-  
 sa terra nisi tantum in Israel: Deo ergo credidit exper-  
 tus misericordiam, cui non crederat expertus suppli-  
 cium, cognouit medicum, non cognouit iudicem, ac-  
 cessit ad sanitatem, & recesserat a percutiente.

Ad institutum tamen reuertens ad eundem locum  
 alludens Hugo de Sacramentis p. 1. lib. 2. inquit: Symo-  
 nia haresis contagium olim iam in Balaam pullulauit,  
 qui premio sibi proposito ad maledicendum populo  
 Dei perrexit. De hinc hi duo leguntur Authores, alter  
 sub prophetica, alter sub Apostolica doctrina: Primus  
 Giesi magister esse vendentium, deinde Symon vide-  
 tur emptor, horum autem sectatores, sicut non sunt in  
 errore diuersi, ita nec in damnatione dissimiles. Hæc  
 Hugo, qui merito vtrunque conferens eos non dissimili  
 pœna affectos putat, siquidē ad Eliaï vocem 4 Reg. 5.  
 Giesi lepra percutitur, qua affectis aditus ad diuina  
 mysteria occludebatur, qui etiam interdicitor Symoni  
 Actor. 8. ad vocem D. Petri illi objicientis: *Pecunia tua  
 tecum sit in perditionē, quia existimasti donum Dei posse  
 pecunia possideri.* Additur vero quomodo ob eandem  
 rationem non habeat partem, nec sortem in sermone  
 Dei: *Cor enim talium non est rectum coram Deo.* Verba  
 Actor. refert D. Gregor. in Pastoralibus, relatus in cap.  
 Reperiuntur 1. q. 1. in cap. autem sicut 1. q. 1. refertur P.  
 Aug. id optimo exemplo illustrans, & ostendens quo-  
 modo ē symoniaci manibus diuina elabantur, siue ex-

Hug.

4. Reg. 5.

Actor. 8.

D. Gregor.

P. Aug.

**A** tinguantur dum ait : *Sic quoq̄*, ignis sacrificij, qui per septuaginta annos Babyloniz captiuitatis sub aqua vixerat, extinctus est, Antiocho Iasoni vendente sacerdotium, 2. Machab. 4. quod significauit Spiritus sanctus ignem, scilicet non lucere symoniacorum sacramentis: vnde diuus Petrus citato loco, Actor. 8. *Symoni dixit non est tibi pars, neq̄ fors in sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Et idē optime D. Ambr. de ministerijs c. *Cum ordinetur*, dixit, quod dedit aurum fuit, quod perdidit anima fuit, cum alium ordinauit, quod accepit aurum fuit, quod dedit lepra fuit, in quo videtur alluisse ad citatum locum Giesi 4. Reg. 5. sic est indita mortali conditioni auri cupiditas, & diuitiarum sacra fames, vt acquirendi cupiditate ducti, ipsa diuina sacramenta, quæ sicut & alia dona spiritualia, quæ gratis acceperunt, & ex præcepto Christi Mat. 10. gratis dare tenentur, vendere non recusent, imo & ipsum Christum tradere. Audi Chrysologum sermone 29. ad illa verba Christi Domini: *Homo quidam erat dives: de auro sic dicentē: Hoc est, quod Iudam fecit esse proditorem, vt hominem cogeret Deum negare, vendere germanum sui sanguinis, distrahere conditorem, & ipsius sanguinem taxare pretio, quem sponte Dominus erat nostrum largitus in pretium: in quale crimen incidere non verentur, qui spiritualia vendunt; siquidem Christi sanguinem pretij ac valoris infiniti, vili pecuniæ taxant pretio, cum tamē nihil eorum, quæ virtuti debentur emere pecunia liceat, (Valer. Maximus. lib. 4.) & multo minus dona illa, quæ Deus absque merita salutem nulli debita elargitur; pro cæteris de symonia, &*

2. Mach. 4.

D. Petr.

4. Reg. 5.

Matth. 10.

Chrysolog.

Maxim.

Conc. Trid.

cuius pœnis videri potest totus textus de symonia in Decretalibus. Trid. sess. 24. de reform. cap. 1. & sess. 24. cap. 14 & 18.

Circa secundum quod in presenti adnotauimus, Deum scilicet impiorum delictis similia adhibere supplicia, ad modum periti Medici, qui contrarijs morbis ea adhibet medicamenta, quæ per contrarias qualitates morbum facilius expellant. Expendendum est primo loco quomodo carnis, & terrenis Iudæis, lautis mensis affuetis, luxurioseque degentibus per summam egestatem, ac rerum penuriam medicinam adhibeat, dum aquam pecunia bibunt, & ligna pretio comparant, ipsi quippe ex genere Israel, cum forent, qui manna fastidientes carnes concupiscunt. Numerorum 11.

Numer. 11  
D. Chrysost.  
Matth. 4.

Circa hoc institutum optime D. Chrysost. expendens verba illa Matthæi 4. *Accedens Tentator conferensq; verba antecedentia, cum ieiunasset postea esuriit, inquit: Non enim ieiunantem adiit, sed esurientem. Propterea enim ieiunauit, non quia hoc indigeret ipse, sed ut nos doceret, quibus peccatum ante baptismum imperium ventris intulerat, proinde enim ac si quis agrotum, quem ad sanitatem reducit, iubeat, ea non facere, quibus morbus ille contigit, ita etiam post baptismum ieiunium induxit, nam & Adam de paradiso intemperantia ventris eiecit, & diluuium sub Noe ista commouit, & fulmina in sodomitas ista inauxit, & si enim fornicationis ibi crimen habebat; sed hinc tamen utriusque radix supplicij pullulauit: Hæc Chrysostomus. Ex quibus vides, & intemperiam vêtis cunctorum criminum causam assignari; & illi per oppositam abstinentiam me-*

dicinam

A dicinā adhiberi, Conformiter ad hæc apud Ezech. 16. Describitur peccatum Sodomorum superbiam esse, saturitatemque panis, & abundantiam, quia scilicet comessationibus difflebant, & luxuriabant. Vbi eodem cap. Hierosolyma per eosdem amatores, per quos peccauerat puniēda prædicatur; sicque simile supplicium peccato commisso infligitur Adamo Genes. 3. nam comedit Adam ex ligno vetito, & deinde in cibo statuitur pœna: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Erant plane Iudæi comessationibus, & ebrietatibus dediti terrena tantummoda sapientes, nec cœlestia spectantes, vt D. Greg. & Orig. optime annotarunt ad locum Numerorum 32. expendentes quomodo Tribus Gad. & Ruben, & dimidia Tribus Manassæ, deuiētis Madianitis, videntes prope Iordanem terras aptas animalibus alendis dixerunt ad Moysen, & ad Eleazarum Sacerdotes. *Terra, quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israël, regio vberissima est ad pastum animalium, & nos serui tui habemus iumenta plurima, precamurq; si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, & non facias nos transire Iordanem.* Ad quem locum D. August. & Origen. relati à glossis terrenæ gentis, & infimæ fortis conditionem notant, qui seipos quasi cum irrationalibus reputant, nec mentem ad superna erigunt, sed humi reptantes virentia veluti iumenta appetunt. Expendens P. Aug. quomodo Christus dominus post celebre conuiuium Ioan. 6. videns saturatos homines, ipsum vero Prophetam acclamantes, ab eis fugeret, ne raperent eū in Regem; cum tamē paulò ante abiret trans mare Ga-

Ezech. 16.

Peccatum  
simili pena  
punitum.

Genes. 3.

D. Gregor.  
Origenes.P. August.  
Ioan. 6.

lilæ Iudæorum furorem declinant, inquit, in hanc mentem fortè Iudæos venisse, quia adhuc supra fænum recumbent; quo nihil pulchrius dici potuit: vere enim supra fænum recumbit, qui ex saturitate Christum Prophetam dicit: hi enim & similes, vt supra dicit Origen. Terrena sapientes Verbum caro factum non agnoscunt, & hi qui inter rerum luxuriam, & abundantiam cœlestium promissionum obliuiscuntur, vt mentem ad superiora eleuent, diuitiarum pondere exuto, in rerum egestate, & penuria constituuntur, vt per pharmaca contraria morbis salutem recipiant: Dominus enim est Ezech. 17. *Qui humiliauit lignum sublime, & exaltauit lignum humile, siccauit lignum viride, & frondere fecit lignum aridum: Qui enim se exaltat, humiliatur, & qui se humiliat exaltabitur.* Luc. 18.

Ezech. 17.

Num. 22.

Insignis locus est Num. 22. Vbi videns Balac filius Sephor omnia, quæ fecerat Israel Amorrhæus, & quod pertinuissent eum Moabitæ, & imperium eius ferre non possent, dixit ad maiores natu Madian. *Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsq; ad radices carpere.* Vbi nō nulli iuxta græcā versionē legunt: *Nunc oblinget Synagoga hæc omnes, qui in nostris finibus sunt, sicut oblingit vitulus virentiæ de campo.* Ad quē locum quærens Origines, quare potius Israel fortitudo describatur similitudine vituli ore carpiētis herbas, quā, aut innundātis maris impetu, vel é cælo fulminis missi? Responder dubitationi dicēs se à quodam Rabbino ad fidem verso percepisse id ita factū esse, quoniā sicut vitulus ore her

Origen.  
Israel fortitudo sicut vituli.



**A** bas absumit, & lingua tanquã falee merit, ita & populus Iudæorũ, quasi vitulus ore, & labijs pugnat, & arma habet in precibus, proindeq; Rex Balach mittit ad Baalam, vt verba verbis deferat contraria, & preces cõtra preces. Cæterum Balach conducens Baalã ad maledicendũ populo Dei, Baalã illi benedictionẽ prædixit, at vero populo Balach iterum, atq; iterũ cõmutans locũ, deuastationẽ, & interitũ; itaq; pro maledictione, quam imprecabatur Israel, maledictionẽ recepit Baalac, nã sic scriptũ est Hieremix. 51. *Et quomodo fecit Babylon, vt caderent occisi in Israel, sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra.* Conducit maxime ad hoc idem institutum locus ille Genes. 17. Nam dum Iacob deludit patrem Isaac simulasse esse filium Esau primogenitum pari pæna & ipse plectitur, nam & Labam decepit Iacob Liam pro Rachele supponendo, vbi obiter animaduertes ex D. Hierony. vocem non acquisiuisse primogenituram Iacob, sed manus, idest non verba per vocem significata, sed opera designata per manus, nã pillosa manus similitudinem maioris expresserũt, vox enim vox Iacob, manus autem manus Esau: nec dissimile accidit Amanõ, qui Hester. 9. innixẽ contendens Mardocheũ in cruce suspendere, ipse in eodem patibulo quod Mardocheo parauerat commutata vice suspensus est.

**B** Quid aliud Saul. 1. Reg. 18. contendebat quam Dauidem occidendum tradi Philistæis, ab eis ergo est occisus quando ceciderunt fortes Israel: nec ipse Dauid vir secũdum cor Dei ab hac lege exẽptus est, nam si adulterium cum Bersabe commisit, eandem & ipse

Hierem. 51

Genes. 17.

D. Hiero.

Hester. 9.

1. Reg. 18.

2. Reg. 11.

patitur ignominiam ingrediente filio eius Absalone ad concubinas ipsius 2. Reg. 16. imo & acerbiori ple-  
 ctitur supplicio dicente Nathan Propheta : *Eo quod  
 tuleris uxorem Vria, ut esset uxor tua : Ecce ego susci-  
 tabo malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis  
 tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis  
 in oculis solis huius, tu enim fecisti in abscondito, ego  
 autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël,  
 sicq; Absalon ingressus est ad concubinas patris sui.*

*Peccata pa-  
 rētum quo-  
 modo Deus  
 puniat in  
 filijs.*

Ecce quomodo Deus parem vicem reddit pecca-  
 toribus. Ecce quomodo in presenti ex superflua rerum  
 abundantia, qua Iudæi abutebantur, deueniūt, ut aquā  
 pecunia bibant, & ligna pretio comparent.

## VERSVS QVINTVS.

*Cervicibus nostris minabamur, lassus non  
 dabatur requies.*



Resequitur Hieremias in hoc versu mise-  
 ram suæ gentis cōditionem, acerbāq; ve-  
 xationē, quam patiebantur a Babylonijs,  
 eāque Deo velut iudici exponit, qui po-  
 tentes deponit, & humiles exaltat: Para-  
 phrasis Caldæa hoc loco legit : *Super iuncturā cervicis  
 nostra cnerati sumus, quādo ducebamur in captivitātē;  
 vidit Nabuco donosor impius p̄fectos filiorū Israël, qui  
 ibant vacui & precepit ut consuerent libros legi, & ut*

*facerent*

A facerent ex ijs manticas, & impleuerunt eas lapidibus, quæ erant in ripa Euphratis, & onerauerunt eos supra colla eorum, & in eo tempore laborabamus, & non erat requies nobis. Septuaginta similiter locum explicant, illum quasi referendo ad verba antecedentia; *Ligna nostra pretio comparauimus*: dicunt enim: *Venerunt super collum nostrum, id est, ligna, quæ emimus*: passi sumus persecutionem, laborauimus & non habuimus requiem. Pagninus & Vatablus ex hebræo similiter legunt: *Super collum nostrum persecutionem passi sumus*. Alij sic locum exponunt: *Ceruicibus nostris minabamur*: scilicet de amputationem capitum nostrorum, ita Lyran. quem sequitur Pinto, dicens: minantur nobis inimici ceruicum percussione, qualibet occasione periculum nobis capitis ostentante: Fauet huic expositioni vtraque Glossa ordinaria, & Interlinealis; percussis enim ceruicibus minabantur, & compellebantur, vt lassati current, & sine requie laborem operis perferrent. illis consonat Carthuf. Alij sic exponunt ceruicibus nostris ducebamur, quasi dicant hostes nostri nos funibus ad colla ligatis captiuos ducebant, qui videtur ger manus sensus, & quem tenet D. Hieronym. dicens: *Mores iumentorum ceruicibus ligatis se minari dicit; quia hostes eorum nullam sibi relinquentes sui dominationem eos trahi cogunt, quocunq; dirigentis impetus tulerit*. Circa quam explicationem aduerte, *minabamur*, eo loco idem esse atque agebamur, à mino, as, ad tuo verbo, sicut Exod. 3. dicitur: *Cum minasset gregem, id est, duxisset*; ita Figueiroa ad hunc locum, sicut equus minatur ab agalono, ad eundem sensum

Pagninus.  
Vatablus.

Pintus.

Carthuf.

D. Hiero.

Exod. 3.  
Figueiroa.

Tertul. in libro aduersus Iudæos. cap. 8. de præceptis  
Dei dicitur. *Eccæ sagittas minantes traditionem unius-*  
*cuusq; cordis.*

*Dassis non dabatur requies.*

Non solum, vt inquit interlinealis de loco in locum  
fugere compellebantur: hic enim sensus potius est al-  
legoricus, & de martyribus in nascentis Ecclesiæ per-  
secutionibus intelligendus cum commoditate tex-  
tus, vt inquit Glossa ord. & Carth. sed quia Babylonij  
coegebant eos ad laborem vltra modum, & incessabi-  
lem, quem difficile sine requie perferre poterat, ideoq;  
sepe facilius, & tolerabilius dicebant hostium gladio  
semel occumbere, quam lentam assiduamque laboris  
mortem subire.

*Mitius ille perit subita, qui mergitur vnda;*  
*Quam sua qui liquidis brachia isctat aquis.*

Et teste Chirone apud Laertium. c. 4. h. 1. Nihil est, quod  
assiduum laborem perferre possit, *Quod caret alterna*  
*requie durabile non est,* & ab his ad altiora consurgentes:  
Paulum ad Hebræos. cap. 4. dicentem audiamus:

*Itaq; relinquitur sabbatismus populo Dei, qui enim in-*  
*gressus est in requiem eius; etiam ipsa requieuit ab ope-*  
*ribus suis, sicut à suis Deus.*

Pro tropologia præsentis versus adduci potest ex  
D. Ambrosio. lib. de Noe. cap. 1. quomodo in solis  
operibus iustitia vera requies consistat: vnde nihil  
mirum si Iudæi lassæ, & fatigati terrenis rebus seruien-  
tes non inueniant requiem; expendens enim verba illa  
Lamech, de Noe filio eius in vaticinium dictata; dum  
eum hoc nomine vocauit, dicens: *Ita cõsolabitur nos*

Glos. ord.  
Carthusia.

Laertius.

Paul. ad  
Hebr. c. 4.

A ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus: ait ergo D. Ambrosius ideo hæc tribui Noe, quia typus est iustitiæ, quæ consolatur in omni tribulatione: verba D. Ambrosij sunt: Noe symbolum est iustitiæ, quæ omnes consolatur, & requiescere facit ab operibus iniquitatis, hæc reuocat à tristitia, quia dum ea, quæ iusta sunt gerimus, nihil timemus pœnæ conscientie securitate, non dolemus graui dolore, nihil est enim quod maioris doloris sit, quam culpa reatus. Hæc D. Ambrosius. Hugo vetero, ideo Noe laborum requiem, & Patrum consolationem fuisse dicit, quia fuit mundi per diluuium de ne absumentis reparator, Deumq; mundo reconcilians; vel, vt Rupertus inquit: Quia typus extitit Christi Domini: qui omnes inuitat dicens per Matth. cap. 11. Venite ad me qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos; tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Ad nostrum institutum, melius ideo Noe requiem dictum esse intelligi potest, & laborum finem, ac solatium Patrium priorum, quia omnia retro acta opera vigente Noe quieuerunt, & peccata submersa, punitaque sunt diluuiis: miseris ergo Iudæis in egestate summa, & assiduo constitutis, lassis, & de fatigatis nimis non datur requies, quia adhuc peccare non cessant, nam qui vult inuenire requiem, & de supplicio, ac pœna ad veniam, imo, & ad gaudium transire, prius opus est, vt ab his abstineat, propter quæ pœnam subiit, hoc, sicut dixit D. Paulus ad Romanos 6. Quia vetus homo noster sit crucifixus, est, vt destruat corpus peccati, vt ultra non

D. Ambr.

Hugo.

Rupertus.

D. Paul. ad Rom. 6.

seruiamus peccato, nam si quæ destituxero, ad Galat. cap. 2. iterum hæc ædificio prauaricatoreme constituo, & proinde eisdem pœnis se subiectum oportet agnoscere, quibus ante peccans puniebatur, qui ergo lassè ab operibus malis non cessabant, requiem etiam inuenire non poterant, sed in dies egestatem summam, infameque supplicium experiebantur, qui solis verbis, & non operibus Deum requirebāt, sicut enim Sapiens Prouerb. 14. inquit: *In omni opere bono erit abundantia, ubi autem verba plurima ibi egestas*: Vaniloqui ergo Iudæi operibus destituti non inueniūt requiem, quam extra Deum requirebant: in solo enim Deo vera quies est: non defuere aliqui, qui circa hoc expenderent, omnes litteras, quæ reperiuntur in nomine Dei thetagramaton esse quiescentes; sed hebraisantium argutiā, quæ aliquando non venit contemnenda, vnde supra: Idem sane ostendit Christus Dominus Matthæi 11. *Tollite ergo iugum meum super vos, & discite à me, quia mitissum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris*, in præceptis utique diuinis vera animi quies consistit, si quis autem labor cernitur cum hilaritate, & suauitate miscetur, est enim quisquis labor, qui in lege Dei reperitur innanis, vanus, & fictus vt optime notauit D. Bernard. explicās verba illa. Matth. cap. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, dicens: An non fictus labor est in præcepto, onus leue, suauè iugū, crux iniuncta?* Sic & olim Genes. 22. dictum est ad Abrahamum: *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & offeres mihi eū in holocaustum*; labor fictus est in præcepto, oblatu est Isaac, sanctificatus est, non mactatus; hæc D. Bernard.

Prouer. 14.

Matth. 11.

D. Bernard.

Genes. 22.

**A** Ex quibus collige Deum esse, qui fingit laborem in præcepto, ut fictum laborem vera mercede recompenser, at vero qui peccatis seruiunt lachrymas & labores suos non Deo sacrificant, sed idolis, ut bene docuit **D. Hieronymus** de quæstionibus hebraicis in Paralipomenon, explicans illa verba: *Venit contra eos ex aduerso flentium*, vnde nihil mirum si laborantes requiem non inueniant, sed semper é lassitudine ad laborem denuo commoueantur, & excitentur. Hoc ipsum optime tradit **Origen.** homil. 2. in Hieremiam explicans illa verba Genes. *Cum egressus esset Cain à facie Dei habitauit in terra Naid contra Eden.* Dicens Naid græce est commotio, qui enim derelinquit Deum, qui deserit sensum de eo iugitur cogitandi, iste habitat in terra Naid, quæ in turbatione mali cordis, & mentis commotione consistit, iuste plane talis pœna contingit recedentibus à Deo, nam hominis cor solum

**D. Hieron.**

**Origen.**

**B** Auctorem suum, tanquam suum proprium locum appetens extra ipsum requiescere non valet, sed adhuc in summo labore præ lassitudine requiem non inuenit.



## VERSUS SEXTVS.

*Egypto dedimus manum, & Assyrijs,  
vt saturaremur pane.*



Retinet hæc narratio ad mala, quæ passi sunt Iudæi ante exilium, quia dolor maximus omnem evertit narrationis ordinem, vnde nihil mirum si post inceptam narrationem earum calamitatum, quas captiui patiebantur, iterum Hieremias, quasi sui oblitus recurrat ad eas, quibus ante exilium affligebantur.

*Egypto dedimus manum, &c.* Non discrepant ab hac vulgata lectione versiones Pagnini, & Vatabli ex hebræo, quibus consonat D. Hieronymus; Septuaginta legunt: *Egyptus dedit manum Assur, ad satietatem ipsorum*, per quæ verba, vt notauit glossa ordinaria significatur *Egyptios, Assyriosque conuenisse ad destruendos Iudæos, ipsorumque opes vsque ad satietatem deripiendas, iuxta quem sensum non potest intelligi, quod Hieremias in hoc versu loquatur de Iudæis, quasi illi nunc cum Assyrijs, nunc cum Egyptijs pro pane, ac rebus habendis necessarijs factus aliquod inuent; cuius oppositum expresse videntur sonare cæteræ versiones; vnde non leuis videtur difficultas, sed statim expedienda.*

Pagnin.  
Ua: tab.  
D. Hiero.  
Septuag.

Figuroa.  
D. Hiero.

Circa quod aduerteres cum Figueroa ad huc locum ex doctrina diui Hieronymi, & aliorum interpretum,



**A** Indæos per eosdem *Egyptios*, & *Assyrios*, cum quibus relicto fædere, & lege Dei, fædas inierunt illorum idola recipientes, vt ab his panem, donaque temporalia acciperent, iusto Dei iudicio flagellatos, & punitos fuisse: sæpe enim, vt supra adnotauimus ex iisdem hominũ sceleribus Deus sumit occasionem supplicij. Vnde, hoc posito, versio Septuaginta, nec Vulgatæ, nec alijs citatis contradicit; nam dum Vulgata legit, *Egypto dedimus manum, & Assyrijs*, seu, vt Paraphrastes *Caldæus* vertit: *Egypto dedimus latus, vt nutrireretur illis*, sensus est ex parte Iudæorum, qui pro terrenis rebus Deum relinquentes inimicis suis adhaerunt, proponiturque tunc in hoc versu causa laborum, quos patiebantur, quasi dicerent, vt saturaremur pane, quo aliter carebamus; dedimus manum *Egyptijs*, & *Assyrijs*, cum vero Septuaginta legunt: *Egyptus dedit manum Assur ad satietatem ipsorum*, non negantes priorem sensum, adducunt iam executionem diuini supplicij per eosdem *Egyptios*, & *Babylonios* contra Iudæos præstiti, quasi dicant *Egyptijs*, & *Babylonijs*; cum quibus fædas iniur, vt saturare panem, condiuidentes in se se opes nostras, & substantiam vsque ad satietatẽ suam, diripere.

*Egypto dedimus manum.* Multiplex esse potest presentium verborum sensus, iuxta varias significationes quas manus habet, & in diuina, & in profanis litteris: sæpe enim Dei potentiam sonat, vt Numer. i. r. vbi de manu Dei dicitur quod non sit inuvalida: & Iob. 12. vt sub Dei potestate constituta ostendatur vita vniuersæ carnis, in eius manu dicitur esse anima omnis

Ezech. 20.

viuentis; & Ezech. 20. commemorans Deus inflictū  
 suā potētia supplicium in *Aegyptios* propter *Hebræos*.  
 dixit: *Leuavi manum meam pro stirpe domus Iacob.* Et  
 passim alibi eadem phrasis reperitur; vnde leuare ma-  
 num signum est infligentis supplicium; sicut & manū  
 supponere signum est ministrantis auxilium: vnde  
 prouenit quod manum dare, idem sit, atque victum se  
 agnoscere, sic Tullius de officijs dixit; *Ad extremum  
 det manus, victumq; se patiatur.* Et Latinus Poeta 12.  
*Aeneid.*

Tullius de  
officijs.Virg. 12.  
Aeneid.

*Ille humilis supplexq; manus, dextramq; precantem  
 Portendens; vicisti, & victum tendere palmas  
 Ausonij videre.*

Oseas. 2.

Conformiter ad hæc sensus est; *Aegyptijs Assyrijsque*  
 seruiimus, vt saturaremur pane, idest, vt, vel necessa-  
 ria nobis suppeditarent, vel quia seruientes *Aegyptijs*  
 eorum patrocinio fulti tuebantur se ab *Assyrijs*, vel é  
 conuerso *Assyrijs* associati tuebantur se ab *Aegyptijs*,  
 sicque proprios agros colere, frumentumque poterant  
 recipere, cui expositioni cōsonat locus *Oseas 2.* *Vadam  
 post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas,  
 lanam meam, & lignum meum;* & hic videtur germa-  
 nus huius loci sensus, in quem conspirant cum D. Hie-  
 ronymo & Carthuf. recentiores interpretes.

D. Hieron.  
Carthuf.D. Gregor.  
23. mor.  
P. August.  
Beda.

*Vt saturaremur pane.*  
 Panis hoc loco sumitur pro rebus omnibus ad vitam  
 necessarijs, sic intelligit D. Greg. 23. moral. verba illa  
 Christi Domini Ioan. 6. *Queritis me, nō quia vidistis  
 signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.*  
 Ita P. August. quem sequitur Beda ad eundem locum,

quali

A quasi illi, qui Christum quærebant, sperarent se à Deo  
 locuplectandos rebus temporalibus, quæ mercedes &  
 præmia olim late promittebantur, utpote, quia in lege  
 illa materialia, & carnea sacrificia certis victimis pa-  
 rabantur, nunc autem sicut sacrificium Deo est spiri-  
 tus contribulatus præstantius utique, ac sublimius om-  
 ni sacrificio legis veteris, ita & præmia lautiora red-  
 duntur non temporalium rerum, sed spiritualium gra-  
 tiarum cumulo; etenim in lege gratiæ non taurorum,  
 aut hyrcorum sanguine fuso placatur Deus; sed vni-  
 geniti filij sui pro hominum salute sanguine effuso.  
 B Vnde qui adhuc temporalium rerum præmia affectât,  
 & inquirunt, veterum Iudæorum mori plane insistit,  
 contra quos P. August. tract. 25. in Ioan. inquit: *Propter*  
*carnem Christum quaritis, non propter spiritum; & in-*  
*fra, vix quaritur Iesus propter Iesum;* sicut Paul. ad Phi-  
 lippen. 2. *Omnes quæ sua sunt quarunt, non quæ Iesu*  
*Christi.*

C Hinc etiam fit, ut adhuc in ipsis rebus perituris pu-  
 niantur qui eas extra Deum quærentes Ægypto, &  
 Assyriæ dant manus, ut saturentur illis; iuxta illud  
 Deut. 28. *Si audieris vocem Domini Dei tui benedictus*  
*eris in ciuitate, & benedictus in agro, benedictus fructus*  
*terra tua, &c. Si autem nolueris audire vocem Domini*  
*Dei tui, maledictus eris in agro, maledictum horreum*  
*tuum, & fructus terra tua.* En quomodo audientes  
 vocem, custodientesq; præcepta Dei adhuc resiplas  
 temporales obtinent, quas tamen recedentes à Deo  
 amittunt; hoc eleganter expendit D. Hieronymus, di-  
 cens: *Habet epulas suas cor pium, habet epulas suas cor*

P. August.  
 tract. 25.  
 Paul. ad  
 Philip. 2.

Deut. 28.

D. Hiero.

preuuum; sed tamen inter utrasq; epulas latum discrimen est nam iusti comedunt & replent animam suam, at vero de impijs dicitur, quod comedunt & non saturantur; bibunt, & non inebriantur, operiunt se, & non calefiunt.

Haggai. 1.

Haggai 1. En quomodo fallaces quoque mundi diuitiæ in recedentium à Deo manibus, quasi in cineres, & carbones dissoluuntur, & contra vero qui eius præcepta custodientes res mundi fluxas & caducas parui pendunt, sæpe etiam in ipsis rebus multo ditiores redduntur: *Faneratur enim Domino, qui miseretur pauperi, & vicissitudinem suam reddet eis.* Prouerb. 19.

Prouer. 19.

Faneratur pariter Deo qui pro illius præceptis res omnes temporales manumittit. Non ne Deus Abrahamo Genes. 22. pro filio vno offerendo pollicetur semen sicut stellas cæli, & arenam, quæ est in littore maris; non ne Petrus. Matth. 4. reliquit retia vilissima & constituitur in summo dignitatis culmine? ita plane. En quæ legem Dei insequentibus præmia. En quæ ab ea recedentibus supplicia præsto adsunt. Recogiter quis, qualiter *Ægypto*, aut *Assyrijs* det manum, qualesq; cum eis fœdus ineat pro faturitate panis, quam tamen non reperiet extra Deum, vt inde colligat quanto satius ab *Ægypto* ad *Ierusalem* transire, & ascendere illi reputabitur.

Genes. 22.

Matth. 4.

Is. 45.

Is. 45.

Oseas. 2.

D. Hiero.

D. Hieronymus ad illa verba *Oseæ. 2. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta diem ascensionis suæ de terra Ægypti*, inquit, quod quando à peccatis ad meliora transimus tunc ab *Ægypto* eximus, & ad *Ierusalem* tendimus, quæ in montibus sita est, nam ad eos, qui quærunt auxilia huius sæculi, quales sunt Iu-

A A dæi, qui *Ægypto* manus dederunt, & *Assyrijs*, vt saturarentur pane, dicitur per *Isaiam* 31. seu potius prædicitur ruina, & ipsarum rerum temporalium iactura: *Va qui descendunt in Ægyptum.* Quasi per hæc verba malum omen futurum prædicetur ex fædere, quod ineûdantes *Ægypto* manus; sicque *Genes.* 26. ad *Isacum* dicitur: *Ne descendas in Ægyptum:* facilis est plane descensus *Auerni*, cuius figura *Ægyptus* est; sed reuocare gradum superasque euadere ad auras laboriosum.

*Isai. 31.**Genes. 26.*

B Itaque pro rebus temporalibus dant *Ægypto*, seu dæmoni manus qui in scelus ruunt, in eiusque seruitutem rediguntur; qui enim facit peccatum seruus est peccati, & tamen in societate impiorum & *Babiloniorum* non inueniunt saturitatem, sed famem, neque enim, qui cum illis comedunt, ac bibunt, saturantur, aut inebriantur. Sic per *Oseam* cap. 4. inquit Dominus: *Visitabo super eum vias eius, & cogitationes illius reddam ei.* Sunt qui locum sic exponant, & optime, quasi Deus promittat impijs, se eadem via, quæ contra præcepta ipsius cogitauerint, redditurum supplicium ipsis secundum cogitationes ipsorum, vt facile incidant in foveam, quam peccando faciunt, iuxta illud, quod dicitur *Leuit.* 26. *Si ambulaueritis mecum ex aduerso, ego quoque contra vos aduersus incedam.* Quadrat optime vterque locus iste ad nostrum institutum, vbi miserum *Iudæi* describuntur contra *Dei* legem *Ægyptijs* & *Babylonijs* confæderati, vt apud eos ne saturarentur à quibus tandem ad summam egestatem, & miseriam adducendi erant; neque enim diuina vindicta

*Osee. 6. 4.**Leuit. 26.*

P. Aug.  
Psal. 26.

Paul. ad  
Rom. I.

Psal. 77.

Pithagor.

Syl. Ital.

acerbius aliquid intendit, quam illos in impiorum societatem labentes derelinquere, ut ipsorum panes vescerentur. Egregie P. August. Psal. 26. *Propitius*, inquit, *Deus cum male amamus, negat quod amamus, iratus autem dat amanti quod male amat*; iuxta doctrinam Pauli ad Rom. I. *Tradidit illos Deus in concupiscentiam cordis, in immunditias, ut contumeliosi afficiant corpora sua in semetipsis*: plane quia lata, & trita via est ab huiusmodi traditione ad supplicium: adhuc dicitur Psal. 77. *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei affecit super eos, & occidit pingues eorum*: expende illud *Adhuc* denotat enim celerimum transitum ad iram Dei ex peccato commisso.

Si velis ex prophanis litteris hoc confirmare vide Pithag. apud Laert. lib. 7. cap. 1. dicentem in civitates primo incapisse delitias, mos saturitatem, deinde violentiam, postremo exitium, & Syl. Italic.

*Inde aspice late*

*Florentes quondam luxu quas verteret vrbes,  
Quippe, nec ira Deum, tantum nec tellus, nec hostes  
Quantum sana nocet animis illapsa voluptas.*

Sic plane supplicio dei maximo traditi sunt Iudæi Egyptiorum, & Babyloniorum manibus, ut nutrirerentur apud ipsos, resque terrenas concupiscentes, cælestes non attenderent, quod supplicij genus Deus in gentes postea per ipsos post captiuitatem vincendas se inflictum pollicetur Michæ. 7. *Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terra perturbabuntur de adibus suis, Dominum Deum nostrum desiderabunt*, seu, ut in Hebræo legitur: *timebunt*, quod vaticinium est

proculdubio

A A proculdubio degentibus à Iudæis post redditum à cap-  
 triuitate debellandis. Ad nostrum tamen institutum  
 habent hoc loco Glossa ord. Ruper. Dionysius & Ly-  
 ranus: *Vescebuntur terra, more serpentium*, idest terre-  
 nis diuitijs, terrenisque gaudijs intensi non manduca-  
 bunt panem Angelorum; atque ex his exemplis co-  
 gentur exire veluti reptilia terræ ex domibus suis, id-  
 est é veteri conuersatione, nam qui rebus terrenis in-  
 tenti oculos in eas, ac mentem defigunt, cælestia nec  
 vident, nec appetunt. Aptior locus est apud Hier. cap.  
 B B 7. vbi dicitur: *Va nobis quia declinauit iam dies, quia*  
*longiores facta sunt umbra vespere*; quem locum Au-  
 gustinienis Mello sic exponit, quia lux diuinæ cog-  
 nitionis, & fauoris iam cæpit deficere, ideo calore cū  
 claritate deficiente fit, vt terrenorum bonorum vm-  
 bræ maiores nobis appareant, quæ tamen die medio,  
 vidente, & sole tales non apparerent.

C C Est & aliud supplicium, nec leue, nec contemnen-  
 dum, quod in ipsa Ægyptiorum, & Babyloniorum  
 societate Iudæos experiri oportebat, non sine angus-  
 tia, & tribulatione, quæ semper reperitur in omni ani-  
 ma hominis operantis malum. 1. Rom. 2. Est enim  
 valde periculosum habitare inter impios; satisque dif-  
 ficile inter improbos vitæ probitatem tueri. Illud ex-  
 pendit & illustrat D. Gregor. 1. mor. cap. 1. & 20. cap.  
 9. explicans verba illa: *Frater sui draconum, & socius*  
*scorpionum*, habet enim, dicitur, itaq; vbi habitauerit,  
 vt hoc eius laudibus proficiat neq; enim laudabile est esse  
 bonum inter bonos; sed maxime laudabile est esse bonum  
 inter malos. Et Apocalypsis. 13. comendatur Pergami

Glossa ord.  
 Diony.  
 Lyran.

Hier. c. 7.  
 Augustin.  
 Mell.

1. Rom. 2.

D. Gregor.  
 1. mor. cap.  
 1. & 20.  
 cap. 9.

Apocal. 13.

Episcopus quod tenuerit fidem, nec sanctum negauerit Dei nomen inter impios, seu ubi habitat Sathanas, nec aliunde melius regius sponsus sponsæ pulchritudinem commendat, quàm ex spinarum consortio, sicut lilium dicens inter spinas, ubi Hugo Card. *Anima*, dixit, *inter aculeos carnis, & concupiscentiarum integra inter pungentes sollicitudines illasa, inter malignantes bona, quid aliud est, quàm lilium inter spinas.*

Sicut autem multum pulchritudinis, ac decoris accrescit, dum quis vitæ integritatem inter impiorum scelera incontaminatam seruat, ita quoque laboris maximū, ac difficultatis instat onus, nam sicut. 1. Reg. 11. Saul inter Prophetas prophetat. Et Genes. 9. Dominus benedixit domui Ægyptij propter Ioseph in ea habitantem: & Labano. Genes. 30. Qui i modicæ fortunæ cum esset, antequam apud se Iacobum Patriarcham haberet, postquam autem apud ipsum diuertit Iacobus diues effectus est nimis, & sicut D. Hieronym. ad illa verba Osæ 1. *Et peperit ei filium.* Ecce, inquit, vir sanctus meretricem conuertit ad pudicitiam, & ex mala bonam fecit: & ut Lyran. aduertit illud, *Peperit ei.* Idem valet, atque non ex alio. Et 1. Corint. 7. *Sanctificatur vir, infidelis per mulierem fidelem.*

E conuerso, ita quoque, & facilius multo boni impijs associati corruunt, sic Samson. Iud. 16. In sinu Dalilæ fortitudine spoliatur; neque Dina rediret corrupta, cum virgo esset, nisi prius esset egressa, ut videret mulieres iniquæ regionis. Quid Loth. Genes. 13. reportauit ex habitatione cum Sodomis, nisi quod captiuus ablata redditur suppelectile, nec mirum qui enim te-

Hug. Car.

1. Reg. 11.  
Genes. 9.

D. Hiero.

1. Corin. 7.

Iud. 16.

Genes. 13.

tigerit



A tigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communica-  
uerit superbo, induet superbiam Ecclesiastici 13. &  
Prou. 13. *Amicus stultorum similis efficietur.*

Eccles. 13.  
Prou. 13.

Pro cæteris, illustris huius rei postremaque confir-  
matio sumi potest ex præstantissimo, pijsimoque Re-  
ge Iudz Iosaphath, qui ob societatem initam cum Re-  
ge Israel Ochosia à Deo reprehenditur per Elieser.  
2. Paralip. 20. dicentem: *Quia habuisti fædus cum Ocho-*

2. Paral. 20

B Iehû quoque animaduertitur, quod amicitiam inierit  
cum amicis Dei propter quod Dei iram pro meritis  
est. Merito sane Deus iustos ab impiorum societate  
arceat, quoniam vt inquit D. Isidorus lib. 2. Soliloquio-  
rum. Ante ignem consistens etiam si ferreus sis aliquã-  
do dissoluerit; proximus periculo diuturnus non erit,  
per assiduitatem cito peccat homo, sæpe familiaritas  
implicauit, sæpe occasionem peccandi dedit, sæpe quod  
voluntas non potuit, assiduitas superauit. Ea vero est  
(teste Chrysof. super Matthæum) rerum natura, vt

D. Isidor.  
lib. 2. Soli-  
loquior.

C quoties bonum malo coniungitur; non ex bono ma-  
lus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur, di-  
uersitas enim rerum nunquam potest habere concor-  
diam, & multos sollicitat societas nefanda: vnde ait:  
vt societatis, ac mutui fæderis vires in homines ad in-  
uicem adumbrarent, confertarum manuum hierogly-  
phico vsi sunt veteres; imo ille apud Barbarorum Re-  
ges mos quondam viguit ex Pterio lib. 36. & Cornel.  
Tacit. vt quoties in societatem venirent, applicarent  
dexteras, polliceque inter se vincerent, ac nodo con-

D. Chrysof.

Pter. li. 36.  
& Corn.  
Tacit.


1. Reg. 17.

stringerent: ubi vero sanguis ad extremos articulos deueniebat, leui vulnere cruorem eliciebant, quem inuicem lambebāt, sicque arcanum fœdus mutuo cruore sacrabant; quantū sane ponderis in hominum mores aliorum pariter commorantium societas præstet sensit Isai Dauidis pater. 1. Reg. 17. dum illum mittens ad fratres suos residentes in castris, inquit: *Visitabis fratres tuos, srecte agant, & cum quibus ordinati sint disces;* idest cum quibus iungantur, fœdusque ineant societatis, quibusve coniuales sint in castris.

Sic Iudæi Ægyptijs, & Babylonijs associati ad extremum deueniunt calamitatis cumulum, facile ad mores aptantur; quæ hucusque diximus.

## VERSUS SEPTIMVS.

*Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portabimus.*



**C**IRCA præcedentia verba triplex potest esse sententia, sub quonam titulo aut occasione dicta sint verba ista à Propheta; illum enim loqui in persona populi Iudæorum captiui, & in afflictione constituti palam est: dubitatur tamen Vtrum dicta sint per arrogantiam, quasi ipsi se innoxios reputarent, imméritoque à Deo punitos propter aliena Patrum scelera,

feu

A seu potius in his verbis Iudæi loquantur cum cognitione criminum, quæ contra Deum commisserant, aut sub aliqua alia ratione? Et primo loco Rabbi David Khimi in cap. 33. Isaia ad illa verba: *Vere languores nostros ipse tulit*; verba hæc dicta reputat in persona Iudæorum Iugentium, quorum verba propter angorem non solent esse rationabilia, neque iusta, itaque fatetur Iudæorum querelam iniustam, illos tamen in hoc videtur excusare dicens, hoc illos, non ex arrogantia fecisse, quasi se innoxios agnoscerent, sed ex nimio dolore, quo cruciabantur, prouenire, ut iniuste de Deo puniente conquererentur.

Rabb. David, cap. 33

B Secundo loco Figueroa existimat, Iudæos ita loquutos fuisse ex arrogantia, & sine cognitione criminum, quæ commiserat, quasi Deus eos puniret immeritos ob patrum scelera, idque probat, quoniam similiter loquuti sunt Matth. 23. teste Christo domino id ex ipsis referente: *Si fuissetis in diebus patrum nostrorum non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum*. Adeoq; hoc assuetum erat, Iudæis scilicet excusare se in delictis, & sceleribus, patrumque ac maiorum peccatis diuinum supplicium, si quod patiebantur, tribuere, ut hoc in prouerbio esset iam apud illos Ezech. 18. sub hac parabola: *Patres comederunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt*: quod tamen longe ab illis relegandum præcepit Deus eodem loco.

Figueroa.

Matth. 23.

Ezech. 18.

C Tertio loco Mart. Delrius verba existimat dicta à Propheta in persona etiam bonorum Iudæorum, qui non negabant sui sæculi peccatum; sed dicit hebraicum esse vocare peccata populi, peccatum patrum ac

Delrius.

maiorum, sicut in historia Regum: peccatum idolatriæ singulorum Regum, vocatur peccatum Ieroboã, non quia non peccatum postea commisissent posteri Iudæi lugentes, & afflicti; sed quia maiores peccando præiuerunt: vnde si exemplum respicias peccatum patrum erat, si opus proprium, & patratiōem, posterorum, sed aggrauatum peccato maiorum.

In cōcordiã  
adducitur.

Hæ tamen tres expositiones nobis non ita videntur contrariæ, vt facile non reducantur in concordiam, prius tamen aduerte, primam extra secundam, & tertiam solum addere excusationem ex parte Iudæorum, quasi talia verba proferrent ex nimio dolore, & cruciatu, quo angebantur; quod non contradicit alijs. Secunda expositio, quæ ex arrogantia dicit illos loquutos fuisse, Deumque inculatū, tanquam innoxios punientem, si de impijs ac sceleratis Iudæis solum intelligatur, vera est, si tamen de omnibus, vera est tertia expositio, nam de omnibus (quicumque illi erant) credere dignum est, extitisse aliquos, qui peccatum suum agnoscentes punirentur cum impijs, & hi dicunt: *Patres nostri peccauerunt, &c.* idest, & nos scelera eorum comitati sumus, & pœnas quas ipsi etiam promerebantur nunc persoluimus, sic D. Hiero. & Pasch. Iudæi iniqui patribus similes maledictam legem in se traxerunt, quasi importabile iugum, nolentes Christiū recipere, qui iugum venerat auferre.

Carth.  
Figuroa.

Patres nostri, idest maiores aui, proauque peccauerunt vanis sceleribus, diuini numinis iram in se pronocauerunt, Carth. quem sequitur Figueroa per idolatriam, & effusionem sanguinis innocentis, aliaque gra

uissima

A uissima peccata, seu vt Lyran. peccato multiplicis idolatriæ: *Et non sunt*: Carth. quia iam abierunt: Glossa ordinaria, *Quia mortui*: Lyranus, *Super terram uiuentes*: Delrius & Figueroa, idest, in mundo, siue in sæculo, vt habet paraphrasis Chaldæa. *Et nos iniquitates eorum portabimus*: idest, nos pœnas dabimus iniquitatis ipsorum, sic hebræa translatio ex Pagnino & Vatablo; Chaldæus: *Et nos post eos iniquitates portabimus eorum, siue sustinemus*: vt Græca apud Motanum, semper enim est similis sensus; Interlinealis addit, originalis peccati: Lyran. propter iniquitates factas tempore Manasse Regis fuit destructa ciuitas, & populus ciuitatis captiuatus. 4. Reg. 24. qui tamen longe ante captiuitatem vrbisque excidium mortuus fuit.

Lyran.

4. Reg. 24.

*Adnotatio prima ad litteram.*

Ex dictis dubium oritur ex eo quod in præsentī videatur Deus punire peccata Patrum in filiis, quemadmodum etiam Exod. 20. dicitur: *Fortis & Zelotes visitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam & quartā generationem*, idēque dicitur Exod. 34. & apud Vatem nostrum 32. dicitur: Deus faciens misericordiam in milibus, & reddens iniquitatem Patrum in sinum filiorū eorum post eos. Et 4. Reg. 24. dicitur: Hierosolymam euersam fuisse propter peccatum Manasse multo ante vrbis euerfionem & vita functi, vt supra retulimus, cū tamen ex alia parte. 4. Reg. 14. vbi tãgitur locus Deut. 24. dicatur: *Non morientur patres pro filiis, nec filii morientur pro patribus; sed unusquisq; in peccato suo mo-*

Exod. 20.

Hier. 32.

4. Reg. 14.  
Deut. 24.

*Ezech. 18.* *rietur* : seu ex Hebræo, vt vertunt Pagninus & Vatablus, pro peccato suo morietur, quod idem etiam late traditur *Ezech. 18.* & in pluribus aliis locis, in quibus dicitur; quod neque filius portabit iniquitatem patris, neque pater filij.

*P. Aug. q. 8. in Ios.* Dicendum tamen est ex Parente Augustino. q. 8. in *Iosue* : Filios non puniri propter peccata patrum in spiritualibus & æternis, sed vnumquemque pro peccato suo puniri; sicque intelligenda esse loca scripturæ, in quibus dicitur filium non portare iniquitatem Patris, cum tamē filius sit aliquid patris, bonaque temporalia filiorum reputentur quodammodo bona parentum, punitur filius ob peccatum patris in temporalibus & merito, vt docet *D. Thom. 2. 2. quæst. 108. art. 4. ad 2.*

*D. Thom. 2. 2. quæst. 108. art. 4. ad 2.*

*Obiectio.*

*Solutio.*

*Exod. 20.*

Verum obstat primo quoniam sæpe etiam videntur puniri in spiritualibus filij ob peccata parentum, nam in spiritualibus & æternis puniuntur illi, à quib<sup>9</sup> Deus recedit, & à quibus legem suam auertit, quo pacto videmus etiam populum Iudæorum hoc loco abeuntem post idola *Ægyptiorum* & *Babyloniorum*, quibus profaturitate panis manus dederunt. Respondetur tamen tali supplicio non puniri filios propter peccata parentum, nisi quando filij imitantur parentum scelera, tūc enim non puniuntur æternaliter propter peccata aliena, sed ob propria. Vnde citato loco *Exod. 20.* postquā Deus dixit se puniturum peccata patrum vsque ad tertiam & quartam generationem, addidit, *Eorum, qui oderunt me*, id est, eorum qui mihi facti sunt inimici, sicut patres eorum, quorum scelera imitati sunt; quod

etiam

A etiam exprimitur ad citatum locum Ezech. & in alijs  
 in argumento adductis, quando intelliguntur de sup-  
 plicio æterno, & spirituali: ita P. Augustinus in tracta-  
 tu contra Donatistas post collationem cap. 7. & in  
 Quæstionibus in Deut. q. 42. & contra librum Adi-  
 manti. cap. 7. Cyrillus Alex. cap. 6. de Adoratione in  
 principio. Ita Pasch. exponit verba Christi Domini.  
 Matth. 23. ad Iudæos dicta: *Implete mensuram patrum  
 vestrorum*: quibus verbis ostenditur quod imitatores  
 præcedentium Patrum in se delicta trahunt, qui sua  
 portare non sufficiunt, quia ergo æmulatores patrum  
 peccata ipsorum non reliquerunt, quasi de radice in  
 ramos & culpas trahunt, & vindictã, sicque. 4. Reg. 24.  
 Hierosolyma dicitur destructa propter peccatum Ma-  
 nasse Regis, qui longe ante captiuitatem, & destru-  
 ctionem urbis mortuus fuit, quod proculdubio dictum  
 est, quoniam id ipsum peccatum Manasse non dereli-  
 quit Hierosolyma, & quantum peccatum iam posset di-  
 ci peccatum populi, non immerito tamen dicitur pec-  
 catum Manasse, vt enim adnotauimus peccata populi  
 sæpe dicuntur peccata principum ac parentum, nec  
 enim sic inflectere sensus.

*Humanos edicta valent, quam vita Regentis*

*Mobile mutatur semper cum principe vulgus.*

Secundo, quodd saltem in pœnis temporalibus punire  
 filios ac nepotes propter peccata parentum videatur  
 iniustum obicitur, quoniam supplicium videtur sup-  
 ponere culpam, in soloque peccato originis aliena  
 transgressio transfunditur in posteros, quod vero, & si  
 filij non sequantur peccata patrum, adhuc tamen sæpe

puniantur

P. August.

Cyr. Alex.  
cap. 6.

4. Reg. 24.

Dicitur pec-  
catum prin-  
cipis pecca-  
tū populi.

Obiectio.

2. Reg. 12.

3. Reg. 14.

puniantur propter illa aperte probatur in primogenitis *Aegyptiorum*, sicque. 2. Reg. 12. David percutitur in filio paruulo. Et 3. Reg. 14. peccante Ieroboam dixit Deus per Abiam vxori eius: *Ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingen- tem ad parietem, & clausum, & nouissimum.* Et infra in ipso ingressu vxoris mortuus est paruulus. Iam vero primogeniti *Aegyptiorum* paruulique Dauidis & Ieroboam propria peccata non commiserunt, sed puniti sunt ob parentum scelera.

Solutio.

Quomodo  
peccata pa-  
rentum pu-  
niantur in  
filijs.

Responderetur ergo quod attinet ad mala temporalia dupliciter adhuc spectari posse; primo sub ratione supplicij, & vindictæ in scelera. Secundo sub ratione medicinæ. Primo ergo modo non infligitur malum temporale filijs propter parentum peccata, quasi respectu filiorum sit supplicium, & vindicta, cum in ipsis, vt ostenditur, propriam culpam non supponat, quam puniat, est tamen supplicium respectu patrum peccantium, qui puniuntur in filijs, tanquam in bonis, quæ plaris æstimant, & quæ propria ipsorum reputantur. At vero respectu paruulorum, quibus temporale malum infligitur non habet rationem supplicij, & vindictæ, sed potius est medicina, quæ dum ipsis à suprenio domino applicatur, alios coercet à malo commisso, & patres dum in filijs commissi sceleris pœnas luunt à Domino erudiuntur.

Ioan. 9.

Illustrari potest optime locus iste ex doctrina Christi Domini. Ioan. 9. Nam interrogantibus discipulis eius circa cæcum à natiuitate natum: *Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius?* Christus Dominus respon-

dit:



A dit: *Neg, hic peccauit, neg, patres eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Quo loco vt docent Chri-  
 A Theophil. & Euthym. non hoc dixit Christus Domi-  
 nus, quia patres eius nō peccassent, imo & ipse cæcus,  
 cum iam adultus esset; sed vt ostenderet malum illud  
 temporale, quod cæcus à natiuitate patiebatur, non  
 esse supplicium, aut vindictam paterni sceleris; imo  
 neque proprij postea subsequuti, de quo discipulorum  
 interrogationem intelligendam voluit Leontius; sed  
 ostendit id cæco contigisse propter manifestationem  
 potentia Dei, saepeque propter alia media nobis in-  
 B cognita idem contingit.

Chri-  
 Theophil.  
 Euthym.

Leontius.

*Adnotatio secunda tropologica.*

Carthusianus quem alij sequuntur, hoc loco conse-  
 quenter dictum existimat in sensu mystico, non esse,  
 & periisse iam maiores Iudæorum, qui peccauerant,  
 qui enim peccat spiritualiter nihil est, quia peccatum,  
 vt inquit, quantum ad sensum formalem non est, nisi  
 defectus, seu casus ab esse; *Peccatum, inquit alius, est*  
 C *difforme malum, transgressio legis diuina, satius dixeris*  
*esse nihil.* Vnde, vt optime notauit Boet. lib. 4. in pro-  
 sa. 3. hoc modo, quicquid à bono deficit esse desistit,  
 quo fit, vt mali desinant esse, quod fuerant; sed fuisse  
 hominem adhuc ipsa humani corporis constructura  
 demonstrat, quare versi in malitiam humanam quoq;  
 amiserunt naturam, cum cæteris, quæ eleganter prosequi  
 tur, ex quibus colliges, peccanti proprium esse per pec-  
 catum, quodammodo statum, fortunam imo & ipsum

Carthuf.

Mich. Ver.

Boet. lib. 4.

Psal. 36.

Cleob apud  
Ausonium.  
Iob. cap. 5.Matth. 12.  
Breuis im-  
piorū finis.  
D. Ambr.  
Beda.  
Maldona-  
si respōsio.ad Rom. 6.  
Ioan. 15.D. Irena.  
P. Aug.  
Chrysoſt.  
Cyrillus.  
Ambros.  
1. Timot. 1.

quodam modo esse naturale amittere, idque breuiffime, nam inimici Domini: *Mox ut honorificati fuerint & exaltati.* Psal. 36. *Deficientes, quemadmodum fumus deficient, vbi & certitudo, & celeritas defectus eorum indicatur, nam certitudo ostendit hebræa repetitio, Deficientes deficient: breuitatem autem similitudo fumi, quo nihil pertransit celerius, ideoque merito dicitur: Mox ut honorificati fuerint, ut enim Cleobolus apud Ausonium dixit. Felix criminibus non erit diu. Tradidit hoc Iob optime cap. 5. dum de impijs sic loquitur: *Ladetur, quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum;* qua similitudine voluit ostendere impios diu non subsistere. Ad illa verba Christi Domini. Matthæi. 12. dicta ad diuitem: *Stulte hac nocte repetent animam tuā à te.* Vbi D. Ambrosius & Beda, *hac nocte* explicant, id est, in istis mentis tuæ tenebris: quærens Maldonatus, quare potius dicatur, *hac nocte*, quàm *hoc die*, sicut dicere solemus: Respondet & optime, ut breuius significaret tempus. Missus enim ad illum est Angelus nocte, ut per somnium annuntiaret mortem, & indicauit illi ne sequentis diei lucem esse visurum, & merito nam finis peccati mors est, ad Rom. 6. Idem aperte ostendit Christus Dominus. Ioan. 15. dicens paralitico: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat:* quasi illi probaret morbos ipsos, & dolores quos patiebatur pœnam esse peccati. Ita D. Irenæus. lib. 5. cap. 15. P. August. de fide & operibus. cap. 20. Chrysoſtom. Cyril. & Ambr. siue qui auctor est in Epist. Paul. 1. ad Thimot. 1.*

Circa

**A** Circa sequentia verba: *Nos iniquitates eorum portabimus*: expende grauiſſimum peccati iugum, cui ſubiſciuntur impij; *Iniquitates enim ſua capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum confringitur*. Proverb. 5. à quibus expedire ſe non poteſt facile, qui enim facit peccatum ſeruus eſt peccati. Ioan. 8. ad quem locum P. Auguſt. inquit: *Seruus peccati quo fugiet? ſecum ſe trahit quocunq; fuerit*: Sicque miſeri Iudæi Patrum iniquitatibus adhærentes, ſupplicia quoque iſtis debita, tanquam grauiſſimum iugum non immerito portabant redacti pariter in peccatorum ſuorum acerbam, & vilem *Ægyptiorum ſeruitutem*.

Proverb. 5.

Ioan. 8.

P. Auguſt.

## VERSUS OCTAVVS.

*Serui dominati ſunt noſtri, non fuit qui redimeret de manu eorum.*



**C** Roſequitur hoc Iſco Hieremias miſerã Iudæorum conditionem, qui adeo vexabantur, vt ſub dominatione ſeruatorum redigerentur, idque ſine vſlo auxilio à quo ſe libertatem ſperarent obtinere.

*Serui*, varie hæc particula exponitur ab interpretibus: neque enim omnes conueniunt in aſſignãdo, quid hoc loco nomine, *Serui*, intelligat Hieremias: nam verſio Septuaginta, hebræaque ex Pagnino, Montano, & Vatablo eodem modo vertût cum Vulgata: Chal-

*Multiplex Serui, acceptio.*

dra vero paraphrasis habet : *Filij Cham, qui traditi sunt serui filijs Sem dominati sunt nostri.* Vnde nomine, *Serui*, hoc loco intelligit posteros Cham, quasi dicat redacti sumus in vilem, & infamem seruitutem, apud eos qui descendunt ex stirpe Cham, alludit vero ad locum Genes. 9. vbi euigilans Noe ex vino, & cognoscens quæ fecerat ei filius suus minor maledictum illi imprecatus est, dicens : *Maledictus puer Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis.* Cum paraphrasi Chaldaea consentit Rabbi Ioseph, qui eodem modo nomine, *serui filios Cham* hoc loco intelligit.

Genes. 9.

Rab. Ioseph.

D. Thom.

D. Thom.

Lyra.  
Carthuf.

Delrius.

D. Thomas intelligit nomine *Serui*, Idumæos, & Moabitas, aliosque vicinos, qui sæpe à Iudæis victi illis seruitura, & famulatum præstiterunt, quasi Iudæi ob peccata commissa sinistra sorte puniti sub eorum potestate coercerentur, quibus iam aliquando dominati fuerant, D. Thomam sequitur Lyranus : Carthusianus nomine *Seruorum*, hoc loco intelligit Chaldæos, qui more orientalium se seruos dicebant Nabuchodonosor, vnde iam merito Iudæi sub Chaldæorum dominio constituti, quod serui sibi dominantur conqueruntur: Glossa Interlinealis addit : *Qui debuerunt seruire nobis*, cum præcedenti vero expositione coincidit id, quod dicit Delrius, posse scilicet nomine *Serui*, intelligi homines miseros, & abiectos (hi enim sunt, qui potius deberent seruire) nam quasi per oppositionem affert hoc Propheta, quasi dicat, nos gens nobilis, filij Abrahami, Isacchi, & Iacobi populus à Deo dilectus serui facti sumus impiorum, & sceleratorum hominū

A A infirmæque fortis, & conditionis, qui potius seruire nobis, quàm dominari deberent.

Quinquarboreus super citatam paraphrasim Chaldaeam sic explicat, *Benodecham*, vt vbi Montanus intelligit filios Cham, ipse intelligat filios ipsius furoris, homines scilicet sceleratos, qui verè sunt serui vitiorum suorum, consentitque cum præcedenti citata expositione, sed plane vtraque in historico sensu non placeat, nam dum agit de peccati seruitute moralis potius est, de qua in tropologica annotatione non nihil dicemus.

B Sub nomine tamen filiorum Cham D. Hieronymus Gentiles intelligit, id est *Ethnicos*, qui idolis seruebant, cum eos sentit *Figueroa*, sequiturque *Delrius*, idque vt persuadeant adducunt locum *Ioelis. c. 2.* vbi dicitur: *Effundam spiritum meum super omnem carnem, &c.* Et in versu sequenti: *Sed & super seruos meos, & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum:* volunt enim ibi intelligi, super seruos, id est, super *Ethnicos*, qui idola colebant. Quod si illis objicias per illam particulam, *Seruos meos*, non posse intelligi idolatras, qui non sunt serui Dei. Respondent illam particulam, *meos*, non haberi in hebræo; verum friuola est probatio: nam præterquam quod in *Vulgata* habeatur, illamque addiderit D. Petrus. *Actor. 27.* ex eoque latinus interpret illam sumpsit; eandem etiam *Septuaginta* adducunt, nec simili probatione vsus est D. Hieronymus, imo etiam si citata particula nusquam sit, nullum ex defectu eius sumitur argumentum, vt pro seruis hoc loco intelligantur *Ethnici*, & idolatras,

Quinquar-  
boreus.

D. Hiero.

Figueroa.

Ioelis. c. 2.

Obiectio.

Solutio.

Reijcitur.

Actor. 27.

D. Hiero.

nam

Oseas. 11.  
D. Hiero.

nam in versu antecedente absolute Deus dixit se super omnem carnem effusurum spiritum suum. Melius ergo D. Hieronymus idem probat ex Oseæ. cap. 11. ubi dicitur: *Ex Ægypto vocavi filium meum primogenitum Israël.* Vnde nomine seruorum videntur intelligi Ægyptij, & Babylonij, qui cum idolatrae essent, ipsis tamen seruebant Iudæi apud ipsos in captiuitate detenti.

Prouer. 30.  
Ecclesiastes  
c. 10. v. 7.

Germanus itaque sensus est si nomine, *Seruorum*, intelligantur filij Cham, id enim aperte sonat hebræum verbum *Benodecham*, quasi dicat dominantur nobis Assyrij, & Chaldæi, qui sunt posterum Cham, cui seruitur pro maledicto illata est, grauissimum autem satisq; infame malum est redigi in seruitutem hominis serui, nam apud Sapientem Prouerbio 30. *Per tria mouetur terra, & quartum, quod non potest sustineri per seruum, cum regnauerit.* Et malum, quod Ecclesiast. vidit sub sole, est sedere stultum positum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum, seruos in equis, & Principes ambulantes, quasi serui super terram.

Serui nomē  
ad gentiles.

ad Galat. 5.

Neque contra hoc facit, quod nomine *Serui*, sæpe in diuinis litteris intelligatur gentilismus, quatenus adhuc non erat ex lege Dei, sed reputatus filius ancillæ, nec adhuc liber ea libertate, qua Christus nos liberavit; non inquam obstat, nam si intelligamus hoc loco vatem Hieremiam conquestum de captiuitate, quã Iudæi apud Ægyptios, & Babylonios patiebantur, sane ex hoc capite, nomine *Serui*, soli posterum Cham intelligendi veniunt. Cæterum si verba intelligantur etiam de postrema Iudæorum deuastatione sub Tito,

A A Vespasiano per Romanos, quæ adhuc durat, & durabit, quo pacto etiam intelligendam esse hanc Hieremix orationem initio annotauimus; tunc nomen *Serui* non modo *Ægyptios, Assyrios, & Chaldaeos*, verum, & Gentiles omnes denotat, sicque Iudæi omnes alias nationes seruos vocabant, quasi ex ancilla progenitos, se vero filios liberæ gloriabantur. Vnde ad cap. 2. Hieremix, ad illa verba: *Nunquid seruus est Israël.* Habet Carth., quasi dicat, *non*, cum sit de nobili Patriarcharum scripturæ genere exortus, sed quia peccatis suis hoc meruit; similiterq; cū Christus Dominus. Ioan. 8. libertatem promississet Iudæis, si in terris in lege ipsius ambularent, dicens: *Seruus non manet in domo in æternum*, apud Ioan. cap. 8. Et iterum, *Et vos liberi estis*, ipsi Christo talia dicenti ex animi elatione (vt credit D. Hieronymus) responderunt: *Semen Abrahæ sumus, & nos nunquam ulli seruiuimus, quomodo ergo tu dicis liberi eritis?* Assuetus hic sermo erat Iudæis, vt se solos liberos agnoscerent, cæteros vero quasi seruos reputarent. Vnde cum se captiuos viderent adhuc cum animi elatione, atque etiam vt mali, quod patiebantur, acerbiter magis ostenderent, se in seruorum hominum potestatem cum infami supplicio constitutos conqueruntur. Quapropter optima est huius versus allegoria, si de Ecclesia ex gentibus congreganda intelligatur, cui post Christi aduentum, quem Synagoga non recepit serui facti sunt: dominatur enim Ecclesia omnibus nationibus, postquam regnauit à ligno Deus.

*Dominati sunt nostri*, id est, facti in seruis seruorum, quæ est seruitudo omnium grauissima, villis pla-

Hiere. c. 2.  
Carthuf.

Ioan. 8.

D. Hiero.

Iudæi Christi  
stianorum  
serui facti.

ne, & infamis, merito autem talia patiuntur, qui Deo  
 seruire dedignati sunt, quia Deo seruire, regnare est.  
*Non fuit qui redimeret:* aut non est redimens, sicut  
 Septuaginta apud Montanum, nam vt inquit Interli-  
 nealis, si Deus non vult, alius non potest, praesertim  
 vero, quia ob peccata commissa in Deum tale suppli-  
 cium experiebantur Iudaei.

Septuag.  
 Interlin.

*Adnotatio prima allegorica.*

Circa allegoriam expendantur, quae diximus allego-  
 rica annotatione vers. secūdi, vbi ostēdimus in vtraq;  
 sorore Lya, & Rachele adumbratam fuisse vtranque  
 Ecclesiam, & Synagogam scilicet, & Ecclesiam legis  
 gratiae, quarum prior, quia Christum non recepit, quē  
 recepit secunda, dignitatem, quam habebat amisit, &  
 inferiuitatem gentium ex quibus congregata est Ec-  
 clesia Christi, redacta est. Quo circa Delrius cum alijs  
 ad hunc locum expendunt, ex 4. Exod. ad illa verba:  
*Filius meus primogenitus Israël:* Non dixisse Moysen  
 eo loco Israelem fuisse vnigenitum, sed primogenitū,  
 nam licet tunc Iudaei essent filij, quia tamen ipsi Chri-  
 stum non receperunt, & a lege Dei prauaricati sunt,  
 sicut Isaias. cap. 1. ex clamat conuocans caelum, & ter-  
 ram: *Filios genui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.*  
 Ecclesia ex gentibus congreganda in priorem locum  
 Synagoga subintrans sponsum cognouit, & recepit  
 Christum Dominum, qui ereptus a contradictionibus  
 populi iudaici, sicut per Regium vatem Patrem aeter-  
 num deprecabatur, constitutus est in caput gentium.

Exod. 4.

Isai. cap. 1.



A Pfal. 17. Vnde Synagoga hæc cum esset filia, & sponsa, per peccatum redacta est in seruitutem dæmonis, non mansit in domo sponsi in æternum. Ecclesia autem ex gentibus facta filia, & hæres, liberataque per Christum eiusque fidem, & sacrificia à seruitute peccati, ac dæmonum iugò, mansit in domo in æternū. Quod vtrūq; Christus Dominus obiecit Iudæis, apud Matthæum, nam cap. 23. ad eos, inquit: *Relinquitur domus vestra deserta*: vt pote, quia per peccatum hereditarem Dei amiserunt non recipientes Christum; at vero gentes in Rachele, quæ à Patre Labano furata est idola, adumbratas per eundem Matthæum. cap. 28. alloquitur, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi*. Et vtrūq; hoc adimpletum videmus in Iudæis dicentibus per Prophetam, *Serui*, id est, gentiles ijque omnes de quibus nobis præceperas, ne ingrederetur sanctuarium tuum, dominati sunt nostri.

B Vtrunque egregie illustratur ex Prouerbio. 17. vbi dicitur: *Seruus sapiens, siue intelligens* ( vt vertunt Septuaginta) & ex hebræo, Pagninus, & Vatablus: *Dominabitur filiis stultis, & inter fratres hereditatem diuidet*. Septuaginta legunt: *Regent dominos stultos*. Pagninus, & Vatablus: *Dominabitur filio stulto pudore afficienti patrem suum, quales filij Iudæi extiterunt; stulti plane, & tardi corde ad credendum, qui filium Dei non recipientes, imo & crucifigentes primatum amiserunt, & in alienorum miseram seruitutē deuenerunt*. Similiter locum explicat Lyranus de Iosue, qui Moyse suscepit in ducatu, & non filij eius, vt

Matth. 23.

Thren. 1.

Prouer. 17.

Septuag.

Lyræ.

Eccles. 10.

Filij superbi  
venūdāt  
hæreditatē  
seruis pa-  
ternis.

D. Greg. li.  
3. ad 1. Re-  
gum. cap. 7.

Paul ad  
Phil. 2.

patet ex Numeris, & Iosue, in quo figuratū vtriusque populi reperies, illius, qui hæreditatem, & principatū amittit non credendo in Christum, dum ex hæreditatur a paterno iure: & istius, hoc est, populi Christiani, dum loco eius succedit factus hæres per Christum. Facit etiam pro hac re illud Ecclesiast. 10. *Seruo sensato liberi seruient*: vbi habet Glossa, hoc ad litteram sæpe euenit vt ignobiles genere nobilitate scientiæ, & fidei præferantur. Et Lyranus magis ad nostrum institutum hoc explicat dicens tunc adimpleri, quando per superbiam filij insolescunt, & sic aliquando hæreditatem paternam seruis sensatis venunt, quo nihil magis apposite obijci potest Iudæis, qui gloria ntes patres se habere Abrahamum Isaacum, & Iacobum, operibus tamen a lege Dei recedendo, idolisque seruientes hæreditatem Dei amiserunt, seu potius pro terrenis rebus venūderunt.

### Ad Tropologiam.

Tropologice intelligi potest præsens versus de seruitute peccati, per quam dæmoni peccatores subiunguntur, circa quod videatur D. Greg. lib. 3. ad 1. Reg. cap. 7. ad illa verba: *Liberavit nos de manu Philistim*, vbi inquit, *ille solus liber huius manus extitit, qui peccatum non fecit*. Et ad illa verba Pauli ad Philip. 2. *Gratia liberati estis*. Sic explicat, ac si dicat: *Liberavit vos de potestate spirituum malignorum, vt veluti fugatis de itinere crudelibus hostibus, dum mors carnis interuenit, ea, quæ cupitis æterna gaudia securius ardeatis: & cæce-*

A A ra, quæ ad hoc institutum profequitur, in quibus concludit opus esse, vt à tali seruitute liberemur, vt Domino præparemus corda nostra, illique soli seruiamus, nam qui peccatis seruerit, peccati quoque seruus efficietur, à quo enim quis superatus est, huius & seruus est, & vt ipse D. Gregor. inquit. lib. 4. in 1. Reg. cap. 8.

*Diuino iudicio cum eis agitur, vt qui noluerunt mala vitare, cum possent, non possint vitare cum volunt, & sponte qui incurrunt mala præcognita, fugere non possint experta.* Et latius videatur lib. 12. in dictione 7. in responsione ad vltimam interrogationem Aug. Episcopi Canruariensis in fine; ita docuit D. Ambrosius de

B B Iacob, & vita beata, dicens: *Seruit quicumq̃, vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel merore deicitur, seruilis est enim omnis passio.* Vnde merito carnis passionibus lubrici peccatores, serui reputantur, imo, & à seruis dominati, sicut Iudæi hoc loco se sub seruorum potestate constitutos fatentur, nam ideo seruitus iure intelligitur interposita peccatori, dixit P. August.

C C lib. 20. de Ciuitate Dei, quoniam sicut ipse 4. de Ciuitate Dei docuerat: *Bonus etiam si seruiat liber est: malus autem etiam si regnet seruus est nec vnius hominis, sed quod grauius est tot dominorum, quot vitiorum:* Hæc Augustinus. Quæ autem grauior seruitus excogitari potest, quam ea, qua quis per peccatum dæmoni subijcitur? Nulla plane, sicut enim vt Menander dixit: *Beatus est qui beatis seruit, ita & infelix qui seruit improbis, & infelicissimus qui seruit peccato, etenim si omnibus imperet, ipse tamen non desinit esse sceleris sui*

D. Gregor.  
lib. 4. in 1.  
Reg. cap. 8.

Lib. 12.

D. Ambros.

D. Aug.  
lib. 20. de  
Ciuit. Dei.  
& ipsemet  
4. de Ciuitate  
Dei.  
Boniliberi,  
impij serui.  
Menander

Iac. Billij  
antholog.  
sacra.

Bion Phi-  
losoph.

D. Greg. li.  
4. in 1. Reg.  
cap. 9.

Glossa ord.

Dæmones  
iustorum  
serui.

seruus, vtrunque his carminibus alius recte scripsit.

*Solus peccator seruit male, qui licet amplo*

*Vtatur Regno, sat miser est famulus.*

*Cum mens carnalis, nimium dominante i yrauo,*

*Tot seruit sceptris debita, quot vitijs.*

Et teste Bione Philosopho: Boni serui liberi sunt; improbi vero multis seruiunt cupiditatibus.

Adde vt quisque facilius ad meliorem frugem se recipiat, sicut peccator dæmonis seruus efficitur, ita ex opposito ipsos quoque malignos spiritus hominis iusti seruos à Domino in perpetuum deputari, tradidit hoc optime D. Greg. lib. 4. in 1. Reg. cap. 9. explicans illa verba sancti Iob. cap. 40. de Leuiathan: *Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum.*

Vbi aperte dixit spiritus malignos in seruitutem redigi ab homine iusto: quod idem expresse tradit Glossa ordinaria ad eundem locum Iob, dicens: Ex pacto, quod cum Domino ferire dicitur (agit vero de dæmone) seruus accipi perhibetur, quia inde obtemperat nutibus diuinæ potentia, vnde exercet iram nequissimæ voluntatis suæ, seruus ergo ex peccato est, quia dñi voluntatem suam implere promittit ad superni consilij voluntatem ligatur, vt delectos Dei volens teneret, & tentando nesciens, prober: notat autem Glossa dæmonem non quomodocunque deputari seruum iusti, sed sempiternum, quia post tempus tentationis dæmones excruciantur, iusti vero gaudent, & laudabunt Deum suum qui

eripuit eos de manu  
hostili.

A A  
**VERSUS NONVS.**

*In animabus nostris afferebamus panem nobis  
 à facie gladij in deserto.*

*Pellis nostra quasi clibanus exusta est  
 à facie tempestatum famis.*



**HALDAICA** Paraphrasis legit: *In ani-*  
*mabus nostris adducebamus panem alimēti*  
*nostrī propter occidentes gladio, qui vene-*  
*bant de latere deserti. Vnde non bene qui-*  
*dam exponunt de gladio famis, sed vox*

*Chaldaea*  
*Paraphr.*

*hebraea proprie pro gladio accipi debet, consonat Pag-*  
*ninus, & Vatablus: Cum discrimine vitæ nostræ af-*  
*ferebamus panem nostrum propter gladium deserti.*  
*Seu vt Septuaginta: à facie gladij deserti, sic similiter*  
**D. Hieronymus**, cum animarum nostrarum periculo  
 quaesiuimus nobis victum in deserto gentium consti-  
 tuti; cum **D. Hieronymo** sentit **Figueroa**, & **Recentio-**  
**res**, quia scilicet fugientes à facie gladij **Babyloniorū**  
 per solitudinem adportabant escas ad comedendum  
 vltro se periculis obijcientes pro victu. Itaque com-  
 munis expositio est, qua dicitur: *In animabus nostris*  
*afferebamus panem: idest, cum periculo vitæ nostræ.*  
*Vnde Glossa ordinaria hoc loco inquit: Immensa ve-*  
*xatio describitur, cum tam anima, quam corpus laborare*

*Pagnini*  
*Vatab.*

*D. Hiero.*  
*Figueroa.*

*Glos. ord.*

ostenditur, erat enim externus labor quotidianum victum  
 acquirendi; internus vero à facie gladij, quia scilicet cum  
 periculo vitæ acquirebatur panis: vnde iam miseræ ser-  
 uitudi Iudæorum additur hoc loco famis acerbissima,  
 & grauissima; nam quando Chaldæi obsidebant urbem  
 pars urbis australis, minus valde obsidebatur, & ideo  
 per illam Sedechias, & principes conati sunt aufugere  
 per portam, quæ tendit Ierocantum, sicque etiam dum  
 caderent ante inimicorum gladios recte dicitur, quod  
 in animabus suis afferebant panem; si vero de obsidio-  
 ne Romana intelligatur versus iste, tunc ideo in ani-  
 mabus dicentur afferre panem quia de muro delapsi,  
 se hostibus in seruitutem dabant, vt ab ipsis victum ob-  
 tinerent, cui consonum videtur, quod dixit incertus  
 in cathena corporibus seruitentes alebamur.

Caten.

Rabbi Iose.

Rabbi Ioseph refert hoc ad tempus ante exilium,  
 quasi dicerent Iudæi; modicum illud panis, quod nos  
 ab Assyrijs comparabamus, & afferebamus, qui nobis  
 propinqui erant (siquidem Assur frater fuit Arphaxad  
 patris patrum Abraham) filij Cham, Cus, & Chanaan  
 posterij, quos pater eorum adduxit in seruitutem po-  
 steris Sem rapiebant in itinere, nec erat, qui nos libe-  
 raret de violentia ipsorum. Itaque cum periculo ani-  
 marum nostrarum, apertoque vitæ discrimine paraba-  
 mus panem nostrum propter gladium deserti, quoniã  
 insidiabantur nobis per desertum venientibus, vt nos  
 spoliarent: habitant enim in deserto sub tentorijs, vt  
 hodie faciunt Æthiopes ipsorum posterij.

Rabbi Se-  
 lomob.

Rabbi Selomoh refert ad portationem frumenti ex  
 agro: *Afferebamus panem*, idest, ex Assyria, & Ægyp-

A to, vel ex agris : à facie gladij, id est, propter latrones.  
 A Aliter sumitur, *anima*, pro iumento, & quacunque be-  
 stia ita vt sensus sit in iumentis nostris afferebamus pa-  
 nem : ita Iacobus Vitorudensis in lib. Troporum, &  
 Schematum. Genes. 1. *Producat terra animam viuen-  
 tem*, hoc est pecora, & iumenta, cæteraque animalia,  
 ita interpretatur Villaviciensis in phrasibus, & ante  
 illum Al. Basilius in opificio dierum, Iunillius etiam,  
 & Seuerianus in illud Genes. cap. 12. *Tulitq; Abraham  
 cunctam substantiam, quam possederat, & animas, quas  
 fecerat in Haran.* Sed rejicitur hæc interpretatio hoc  
 B loco, tum quia illi contradicunt versiones citatæ, vt  
 patet, tum quia pugnat cum antecedentibus, & con-  
 sequentibus, vbi aperte indicatur vitæ periculum, quod  
 obijciunt.

C *Pellis nostra*, Pagninus, & Vatablus legunt: *Pelles  
 nostra, tãquàm clibanus denigrata sunt propter exustio-  
 nes famis.* Septuaginta : *Conuulsa sunt à facie tempe-  
 statum famis*, siue præ famis magnitudine, sic enim  
 qui fame tabescit, siccitate, & calore interius sæuiente  
 lurescit, & denigratur. Vnde Septuaginta habent: *luri-  
 da facta est*, vt vult Delrius, & Thren. 4. vbi Septua-  
 ginta legunt, quod facies Nazaræorum obtenebrata  
 est; legit interpres, *præinedia denigrata super carbo-  
 nes*; sic etiam Pinto ad hunc locum Thren. idest igne  
 calamitatis combusta, & instar clibani rigore affecta,  
 & fame desiccata, sicut Iob. 9. similiter dicitur, *pellis  
 mea consumptis carnibus adhesit os meum.* Idem fere  
 habet Chaldæus Paraphrastes, pro clibano autem di-  
 cit, *Sicut fumus.*

Jacob Vito-  
 rudensis.  
 Genes. 1.  
 Villavicē.  
 Al. Basil.  
 Iunil.  
 Seuerianus  
 Gen. c. 12.

Pagninus.  
 Vatabl.

Septuagin.  
 Delrius.  
 Thren. 4.

Pinto.

D. Hiero.

Clibanus autem ex D. Hieronymo ad hunc locum Hierem. est coquendis panibus aenei vasculi deducta rotunditas, quæ sub arenis flammis ardet intrinsecus, in qua similitudine miseri Iudæi puniuntur, qui in futuro iudicio, & maxime animi, & pænali excruciatione commissa contra Dei legem peccata soluent: de quibus in Psal. 20. dicitur: *Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui, id est, iræ tuæ*: tempus autem vultus Domini tempus iudicij est; tunc enim videbunt filium hominis hæc D. Hieronym. phrasis est hebræa, quod dies iræ dicitur dies vultus Dei, sine nati Dei, de quo alibi, Clibanum aliqui ex hebræo distingunt à furno, ut vult Figueroa; sed plane idem fere hoc loco est, ut vult D. Hieron., cui expositioni consonant sequentia: *Exusta est à facie tempestatum famis* Rabbi David legit: *Denigrata est*, Rabbi Selomoh, *incaluit, siue excalfacta est*, quia scilicet, ex defectu frumenti febricitabant, & nimio calore consumebantur.

Psal. 20.

Dies ultionis, dies vultus Dei.

D. Hiero.

Rab. Dan.

*A facie tempestatum famis*. Hebræi legunt: *Propter exustiones, siue ardores*. Rabbinus Selomoh, & David, legunt: *Et tremores, & terrores*: alia Paraphrasis, & alij, *angustiam, & marorem* legunt: sed hæc non variant sensum. Communis allegoria horum verborum est, quæ colligitur ex Glossa ordinaria, quasi anima sitiens ardentem, & cupiēs cibum scripturarum sacrarum etiã cum vitæ discrimine illum procuret obtinere, quam sequitur Carthusianus, & quã plures alij quasi anima cælestia cupiens, terrenis post habitis, nec miseræ apud hostes, & vili seruituti, nec vitæ parcat, ut cælestem doctrinam possideat, quæ allegoria quadrat opti-

Glos. ord.



**A** me in eos, qui, ut spiritualement vitam insequantur, temporalium rerum, imo, & temporalis vite iacturam patiuntur, tuncque sensus est: *In animabus nostris, &c.* id est, vitas nostras, propriaeque personas periculis obijcimus, ut spiritualement cibum, quo anima nutritur, & faginatur acquiramus; nam anima pro vita saepe, persona, atque toto homine usurpatur, sic Eusebius, Didimus, & alij cum D. Hieronymo ad Psal. 21. *Eruc à fovea Deus animam meam*, id est vitam meam: *A manu canis unicum meam*, id est, carnem meam, ut exponit Augustin. in Psal. 34. quia scilicet de Virgine, quia sine peccato, quia sociata est verbo, hoc est Dei filio. Sic similiter ad Psal. 7. *Persequatur inimicus animam meam* explicat D. Thom. receptus communiter de vita, ita ut posteriora verba: *Et comprehendat, & conculcet in terra vitam meam*: sint quasi repetitio priorum. Sic similiter Psal. 7. pro vita usurpatur anima, dum dicitur: *Nequando rapiat ut leo animam meam*, quanquam, & hoc loco pro anima, possit intelligi Saul, vel Absalon, quos tamen, & si hostes diligebat David, quasi animam suam. Hæc tamen acceptio magis metaphorica est in qua, ut notavit Origen. hom. 16. super illud Leuit. 26. *Non abominabitur vos anima mea*: Christus dicitur anima Dei, quo eodem sensu loquitur D. Hieronym. ad ea verba. Amos. 6. *Iuravit Dominus in anima sua*. Et si in Deo, caput, pedes, cæteraque huiusmodi affirmantur; intelligendum est, ut iam supra diximus ad initium non esse membra, sed per eorum vocabula efficaciam illorum significari, sic etiam dum in Deo animam dicimus, non substantialis intelligenda est,

*Præponenda sunt aeterna eb<sup>o</sup> succis, & perituris*

*Euseb.  
Didimus.  
D. Hiero.  
Psal. 21.*

*P. August.*

*Psal. 7.  
D. Thom.*

*Amor inimicorū in Davide.*

*Or. g. hom. 16.  
Leuit. 26.  
Amos. 6.  
D. Hiero.*

Christus D.  
anima Dei

P. Aug. lib.  
loquitur. in  
Exod.  
Exod. 12.  
Exod. 1.

Genes. 24.

Actor. 27.

Iob. c. 13.  
D. Thom.  
Lyran.

Greg. hom.  
37.  
Psalm. 118.  
Lyran.

Iud. 12.

1. Reg. 19.

sed affectus mentis internus, per quem Deus suam patefacit voluntatem. Vnde cum nihil sit vita charius; Christusque æterno Patri charissimus, non incongrue Origines Christum dicit mystice animam Dei. Nec dissimili loquutione anima per synedochum totum hominem indicat, teste Parente Augustino. lib. loquutionum Exod. ad illud. Exod. 12. *Assumet vicinum suum, qui coniunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni.* Sic Exod. 1. dicitur. *Omnes animæ, quæ egressæ sunt de femore Iacob.* Et Genes. 24. dicitur: *Da mihi animas, cætera tolle tibi,* quibus in locis aperte anima pro toto homine vsurdatur: sicut etiam Actorum 27. dicitur: *Factum est, ut omnes animæ euaderent ad littus,* id est, omnes homines, qui naui vehebantur cum Paulo.

Ex his fit, ut sit vsitata phrasis in diuinis litteris, dum periculo aliquis exponitur significari, per animam portare in manibus. Ita D. Thom. com. ad cap. 13. Iob. *Animam meam porto in manibus meis:* sic enim inquit: *Illud quod de facto portatur in manibus de facto amittitur.* Et Lyran. *Quod manibus portatur videtur exponi raptoribus: iuxta illud Gregor. hom. 37. Depradari desiderat qui thesaurum publice portat in via.* Idem obseruat Lyran. in illud Psal. 118. *Animam meam in manibus meis semper.* Animam, inquit, in manibus habere, in scriptura significat in periculo esse. Sic Iephte. Iud. 12. de bello, quod susceperat cõtra filios Ammon pro Israelitis valde periculoso, dixit: *Quod cernens posui animam meam in manibus meis, & transiui ad filios Ammon.* Et 1. Reg. 19. pro Dauide dixit Ionathas

Sauli.

**A** Sauti. *Posuit animam suam in manibus suis, & percussit Philistæum*, idest, exposuit vitam suam periculo, quantum humano iudicio apparebat, quia inermis exiit ad præliandum cum Philistæo, sic plane, qui pro defensione fidei, spiritualisque vitæ profectu dura, & aspera patiuntur, & nec periculis, nec vitæ parcunt, in animabus suis à facie gladij afferunt panem suum; sed, ut optime aduertit D. Ambros., qui animam suam pro Deo in manibus suis portat illam utique comendamam tradit manibus Dei, etenim in manu Dei sunt iustorum animæ. Sap. 3.

D. Ambro.

Sap. 3.

**B** Potest elici ex prædictis verbis optima tropologia pro loco Ioan. 12. *Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam, custodit eam in vitam æternam.* Nam sic D. Hieronymus ad citatum locum Psal. 118. *Anima mea in manibus meis semper*; quomodo, inquit, in manibus, qui paratus sum martyrium sustinere propter te; qui enim sic diligit temporalem vitam, ut animam pro Deo non portet in manibus suis, ille est, qui diligit iniquitatem, & odit animam suam, non quidem carnalem vitam, sed spiritualem, scilicet, animam illam, quæ peccato occiditur, ut optime annotauit idem D. Hieron. in cap. 8. Ezech. ad illa verba. *Anima, quæ peccauerit ipsa morietur*: non abolitione substantiæ, sed ex eius consortio, qui dicit: *Ego sum vita*. Ioan. 14. Vnde sic inquit P. Augustin. hom. 37. in Ioan. *Sic est amanda anima, ut lucro mundi præferatur*, sunt ergo, qui animam suam præuersè amant, illi scilicet, qui amant animam suam in iniquitate, est enim, quoddam odium, quod ab amore est, illud scilicet, quo quis car-

Doctr. moralis ad Ioan. 12.

Ps. 118.

D. Hieron.

D. Hiero.

Ezech. 8.

Ioan. 14.

P. August.

Amor ex odio, &amp; odium ex amore.

Num. 23.

Septuag.

P. Aug. lib.  
4. de subst.  
amoris.Odiū vitā  
prestans, a-  
mor occi-  
dens.

Sap. 1.

Bed.

nem suam odit ex dilectione spiritus: est quidā amor, qui est ex odio, ille scilicet, quo quis carnem sic diligit ut spiritum odio habeat. Vocatus Baalam, Num. 23. à Balac Rege Moabitarū, ut malediceret populo Dei, inter alia optimo odio ex amore nato animam suam prosequutus dixit: *Moriatur anima mea morte iustum, & fiant nouissima mea horum similia.* Seu ut Septuaginta legunt: *Et fiat semen meum ut semen istorum.* Seu ut Chaldaeus: *Et fiat finis meus sicut istorum.* Ex opposito autem diues stabat ille apud Lucam, cap. 12. dum sibi multa bona, quæ habebat obijciens, amore ex odio nato, quo spiritum oderat impletam perituris bonis desiderabat animam suam. Vtrunque hoc eleganter expendit P. August. lib. 4. de substantia amoris si eius est, dum fontem in humano corde meditatur, à quo duo egrediuntur flumij: *Ex amore, inquit, est totum quod bonum est, & quod malum est. Vnde fons dilectionis intus saliens duos amores infundit, alter est amor mundi, cupiditas; alter est amor Dei, charitas, medium quippe est cor hominis, unde fons amoris erumpit, & cum ex eo appetitus ad exteriora decurrit, cupiditas dicitur: cum vero desiderium suum ad interiora dirigit, charitas nominatur.* Et concludens post multa, inquit: *Hinc bonus, & hinc malum est cor tuum.* Vnde fit, quod qui recte vitam, animamque oderint illam tueantur; perdant vero, qui peruersè amant; os enim, quod mentitur, occidit animā. Sap. 1. Vita peccatrix animæ mors, vita animæ Deus est, mors corporis amittere vitam, mors animæ amittere Deum, de hoc vide Bed. Ezech. 18.


A A

B B

C C

A A  
VER SVS VNDECIMVS.

Mulieres in Syon humiliauerunt, & Virgines  
in Ciuitatibus Iuda.



B B  
M V M Vulgata consonant ad verbum Sep-  
tuaginta in noua editione: hebræa ex Pa-  
gnino, & Vatablo, pro, *Humiliauerunt*,  
habet, *afflixerunt*. Chaldæa aliter: *Mu-  
lieres quæ erant nuptæ in Syon afflicta sunt  
à Romanis, & Virgines in Ciuitate Iuda à Chaldeis*,  
humiliandi verbum vsitatum est in hoc sensu in diui-  
nis litteris, vbi sæpe pro luxuriæ exercitio vsurpatur,  
vt etiam aduertit Lyranus in Psal. 37. vers. 15. sic Deu-  
ter. 21. de captiua, quâ quis acciperet in vxorem dum  
redditur ratio, quare postea libera dimitteretur, ne  
posset venundari pecunia, additur: *Quia humiliasti  
eam*: Sic Iudicum 19. Senex ille, qui lebus de Gabaat  
peregrinum recepit, vt euitaret infame flagitium fi-  
liorum Belial ad ostium de nocte pulsantium, dixit  
ad eos: *Habeo filiam virginem, & hic homo habet con-  
cubinam educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestrâ  
libidinem compleatis*: ex quo loco Delrius colligit æque  
bene verbum *humiliare* dici posse de corrupta, & de  
Virgine. Vnde per assyntheron intelligit illud, *Es*,  
quali dicat: *Humiliauerunt in Syon mulieres*, id est,  
nuptas, & virgines per vim construpauerunt, & vtrasq;

Lyra.  
Ps. 37.  
Deuter. 21.

Iudic. 19.

Iudic. 19.

C C  
etiam

Deuter. 28.

Glos. ord.

Carthus.

Hugo.

etiam in ciuitatibus Iuda, & sane sic videtur intelligendum, non quasi mulieres humiliarent in vno loco, & virgines in alio, sed vtrasque in eodem loco iuxta plagam, & pœnam pollicitam recedentibus à lege Dei, Deut. 28. vers. 30. *Vxorem accipies, & alius dormiet cum ea.* Et infra. *Filij tui, & filia tua tradentur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum tota die.* Vnde Glossa ordinaria expendens tam turpia gesta in Syon, & in ciuitatibus, inquit, quod: *Postquam dixit in Syon, ad maiorem ignominiam addit in ciuitatibus Iuda:* hoc est, vt Interlinealis aduertit, non furim, sed publice, quod in ignominijs grauissimum est. Carth. expendit gravitatem criminum, quod in sancto môte Syon, & in ciuitate sancta Hierusalem talia perpetrata sint flagitia, indeque Hug. Cardinalis inuehitur in sacrarum virginum conturbatores.

## VERS. DVODECIMVS.

*Principes manu suspensi sunt, facies senum  
non erubuerunt.*



Resequitur aliud ignominie, & sauitie pariter crudele genus, cum quo non omnes conueniunt; nam quidam existimant Principes, & nobiles Israel, ne tam dira seruitutem ærumnis, & vexationibus ple-  
nam diu sustinerent, manu propria fuisse suspensos:

A A alij hanc pœnam p: o sœnitia, & ludibrio, hostium manu expertos fuisse, vtrunque probat Hugo, vel scilicet principes se ipsos suspendisse, vel in terrorem, & contemptum aliorum manu hostium fuisse suspensos. Chaldæa habet: *Manu eorum suspensi sunt*. Sic legunt Pagninus, & Vatablus, Saa & Pinto *manu hostium*, quia scilicet Babylonij, aut Romani nobilitati non parcebant, nec senectutem reuerebantur, sed pariter principes, & senes in gladio corruiebant. Lyranus in id etiam inclinat. Rabbi Ioseph, Dionysius, & Agellius talem dicunt hostium sœnitiam, & petulantiam, vt multi maluerint, suis manibus suspendi potius, quam hostium crudelitatem experiri. His acquiescit Delrius, & Figueroa etiam: verbum in hebræo, *Betiadam*, in manu eorum significat, siue ipsorum, probatque id ex Rabbi Abenefrah, quoniam affixum hebræum pro vtroque sumi potest, & insuper, quia non erat cur non exprimeretur vox, *hostium*, si principes Israel suspensi essent ab hostibus, quam tamen vocem noster Vulgatus omisit. Vnde hæc referunt ad tempora Romanorum, quasi merito puniantur Iudæi illo supplicio patibuli, & suspendij, qui Christum Iesum postea talem, hoc est, *Patibulatum*, dicturi erant, à quo adhuc non abstinent, satis tamen crediderim eos manu hostium suspensos, vt concludit sensus sequentium verborum: *Facies senum*. Pagninus, *Non glorificauerunt*. Vatablus: *Non honorauerunt*. Quod idè est: Septuag. *Seniores nō sunt glorificati*. Chaldæus, *Faciem senū non sunt reueriti*. D. Hieron. *Non erubuerunt*. Idè fere sensus, nā reuerētia, quæ senibus exhiberi debet gloria est illorū.

Hugo.

Pagnin.  
Vatabl.  
Saa.  
Pinto.Lyran.  
R. Ioseph.  
Dionys.  
Agellius.Delrius.  
Figueroa.

Abenefrah.

Pagnin.  
Vatabl.  
Chald.  
D. Hiero.

## VERSUS XIII.

*Adolescentibus impudicè abusi sunt, & pueri  
in ligno corruerunt.*

Pagnin.  
Vatabl.  
Septuag.

Dubium.



ARGVM legit, *Molas tulerant.* Hebr. Adolescentes admolendū tulerunt. Pagninus, & Vatablus similiter legunt. Septuaginta: *Electi stetum assumpserunt.* Ex varietate interpretationum oritur dubitatio, an locus iste debeat intelligi de peccato turpissimo, seu potius in eo ostendatur sœuitia, & crudelitas hostium, qui nobiles, ac principes Israel molis applicabant, & admolendum per vim cogebant? huic postremo modo adhæret Saa in sua Paraphrasi. *Molere fecerunt in pristino.* Pinto vtrunque probabile iudicat, quod, vel loquatur Vates de peccato contra naturam, vel de mola trusatili, vbi frumentum trudebatur, ad quas nobiles Israel ducebant, quod sane impudicum erat, & inauditum, cum illud sit infimum officium, infimæque notæ, & conditionis iuxta illud Exodi. 11.

Saa in sua  
Paraphr.  
Pinto.

Exod. 11.

R. Selomoh  
R. Ioseph.

*A primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, usq; ad primogenitum ancille, qui est ad molam:* quasi nihil infra hoc ministerium reperiatut. Hebræi sane locum istum de mola trusatili simpliciter interpretantur: ita ex Rabbinis Selomoh, & Ioseph, quia scilicet molas imponebant humeris eorum, & more iumentorum eis sarcinas imponebant, ideoque abutebantur Israelitis



A A eos tali muneri deputando: fauet versio Septuaginta:  
*Electi ploratum assumpserunt, & adolecentes in ligno*  
*infirmati sunt:* in qua nihil turpitudinis insinuat. Septuag.  
 Adde quod Iosephus in l. 7. cap. 16. de bello iudaico, Iosephus. li.  
 nihil tale commemorat. Nihilominus multo verior, ac 7. c. 16.  
 planior expositio est de peccato sodomitico, & ostendit Solutio.  
 aperte illud verbum: *Impudice abuti sunt:* ita Lyranus, Lyranus.  
 Carth., Pinto, Figueroa, & alij. Nec vim faciat, Carth.  
 quod hebraea, & Chaldaea dicunt: *Ad molendum tulerunt:* Pinto.  
 nam molere pro obscuro turpitudinis actu subagitationis Figueroa.  
 sumunt hebraei: sicque Iob. 31. ubi nos habemus: Iob. 31.  
*Scortum alterius sit vxor mea:* habent Hebraei:  
*molat alteri vxor mea:* Et praedicta verba explicando  
 additur: *Et super illam incuruentur alij:* Et teste Rabbi  
 Salomone sic exponunt veteres Hebraei locum Iudicum  
 16. de Sampson, & Rabbi David in citatum locum  
 Iobi ait, & erat molens in domo carceris, id est, subagitan-  
 s, quia scilicet, Philistaei afferebant ad eum  
 vxores suas, vt ex eo conciperent, fortissimosque apud  
 se viros alerent. Pro eodem adducit Delrius D. Hieronymum,  
 & Burgensem, & D. Hieronym. de hoc latius. lib. 13. in  
 Isaiam. cap. 47. ex Glossa ad Sedechiam refertur hoc, quem  
 plangere videtur Vates, cui oculos Rex Babylonis auul-  
 sit, eumque molere fecit: sed neque hoc obstat, etiam si  
 dicas, quod Septuaginta, & Iosephus hoc praeterirent  
 nolentes tam in famem suae gentis ignominiam aperire.

R. Salom.  
 R. David.  
 Iud. c. 16.

Delrius.  
 D. Hiero.  
 in lib. 13.  
 in Isai.  
 Burgens.  
 Glos.

*Et pueri in ligno corruerunt.*

Vatabl.  
Pagnin.

Pagninus.

Lignum  
pro cruce.

Actor. 17.

Pinto.  
Saa.  
Figueroa.

Sic legit Vatablus; Pagninus sentit fuisse cruci affixos: *Et pueri in ligno impegerunt*. Septuaginta: *Adolescentes in ligno infirmati sunt*: non desunt, qui velint pueros hic eodem flagitio maculari, quo adolescentes, ad idque fuisse ligneis instrumentis alligatos; sed merito hanc turpem machinationem rejicit Delrius; Chaldaeus videtur sentire pueros fuisse cruci affixos: sic supra Pagninus, sicut enim habet: *Et pueri in patibulo ligneo corruerunt*: Neque nouum est, quod lignum pro cruce sumatur, sic enim canit Ecclesia, quod Deus regnauit à ligno, id est, à cruce; quem sensum Chaldaei versionis sic explicat Hugo, quasi dicat, quod pueri tandiu fuerunt suspensi, donec à patibulo caderent, quia scilicet hostium metu parentes eorum à patibulo illos auferre non audebant, quae expositio mihi satis probabilis videtur. Alij sic, quasi pueros ligneis compedibus vinxissent, & ita gradiendo corruerent, sic enim Actor. 17. lignum sumitur: *Misit eos in interiorem carcerem. & pedes eorum strinxit ligno*. Non tamen hoc placeat, neque enim in hoc est cur pueri distinguantur ab adolescentibus; melius, & communius, quod pueri deficiebant imbecillitate in itinere nimio lignorum pondere grauari, quae portare non sustinebant, siue manubria essent lignea, ad voluendas molas, siue quauis alia cum victorum praedis adsportanda. Ita Pinto, Saa, & Figueroa. Vel tandem pueros adhuc in cuneis ligneis occiderent; non displicet etiam haec expositio, quae satis hostium crudelitatem exaggerat. Rabbi Ioseph: *In baculo pro imbecillitate iam non potentes subsistere.*

Sensus

*Sensus myxticus.*

D. Hieronymus hoc loco per huiusmodi supplicia puni-  
 titā indicat Iudæorum idolatriā, quæ illos in vtriusq;  
 sexus profligatissimam libidinem adduxit, ira vt Ado-  
 nydem colerent, & publica haberent Ephæborum lu-  
 panaria. Vnde iusto Dei supplicio simili pœna pro lu-  
 dibrio pariter, ac supplicio puniuntur, qui sensus opti-  
 mam tropologiam inducit, & ex sceleribus Iudæorū  
 causam diuinæ vindictæ ostendit. Glossa ordinaria  
 litteralem putat prædictum sensum, sed non bene; me-  
 rito tamen plures cum glossa spiritualiter intelligunt  
 hoc loco deplorari Ecclesias Hæreticorum prauitate  
 fædatis, & tanquam virgines constupatas, quæ debe-  
 rent castæ vni viro despōsatæ exhiberi Christo. 2. Co-  
 rint. 11. Vnde consequenter potentes, ac principes di-  
 cit Iudæos ad molas positos, & præimbecillitate caden-  
 tes, dum omnia materialiter, & carnaliter tantum ad  
 litteram interpretantes, mentem attollere non potue-  
 runt, vt Christum cognoscerent, thesaurum scilicet il-  
 lum in agro absconditum, quem Lia oculis infirmis  
 videre non potuit, quem sperauit futurum, sed non ag-  
 nouit præsentem. Iudæus enim teste Chrysologo su-  
 pra, nec crucifixum nouit, nec gloriosum, nec intran-  
 tem recipit, nec operantem obcæcatus intelligit.

Carthusianus inquit, hoc spiritualiter agitur, cum in  
 visibilibus inimicis tentantibus mulieres, & virgines  
 christianæ carnalibus vitijs, & concupiscentijs sup-  
 plantantur; vel dum lubrici eas subducunt: vel aliter:  
 mulieres sunt viri effæminati, qui a diabolo ad omnia

*D. Hieron.**2. Cor. 11.**Christus D.  
thesaurus  
absconditus  
Iudæis.**D. Petr.  
Chrysol.**Carthusi.*

Ruper. in  
c. 1. Mich.

q. 2. nu. 16.  
in quodlib.  
Carthuf.

Peccatorū  
pondus gra  
uat nimis.

opera turpia prosterantur: nec mirum, quod exami-  
natos homines mulieres vocet Carth. Sic enim loquitur  
Ruppertus in c. 1. Michæ ad illa verba: *Mulieres  
populi mei eiecistis, &c.* sic enim habet: *Quænam erant  
mulieres populi mei, nisi homines infirmiores, qui  
erant in vobis, qui populus meus esse debuistis. Vide  
quæ circa hoc diximus in Laurea nostra. q. 2. pos. n. 16.*  
Addit etiam Carthuf.; Sunt etiam animæ in baptismo  
Deo consecratæ, quæ cum dæmone per peccatum for-  
nicantur, & ab eo humiliantur.

De peccatorum pondere sæpe hæc á multis tropo-  
logice explicantur, peccato enim irretiti ad alia ho-  
mines deteriora peccata passim dilabuntur. Nos duo  
aduertimus. Primum, Deum scelera sæpe, quam simili-  
bus pœnis punire, siquidem Iudæos nefandorum cri-  
minum ignominia flagellat. Secundum, quàm graue  
crimen sit fenectutem nõ reuereri, siquidem inter tam  
grauia, & acerba supplicia numeratur, quod hostes Is-  
raelis faciem senum non erubuerint.

ADNOTATIO PRIMA  
ad præsentem Versum.

*Quomodo Deus sæpe similia scelera puniat  
simili pœna.*

Osaas. 6. 4.

**P**ostquam Deus per Oseam. cap. 4. varias retulit  
idolatriæ species, in quas populus inciderat, tan-  
dem addidit: *Ideo fornicabuntur filia vestra.*

**A** Non modo, vt Vatablus, & Haymo adnotarunt speciali fornicatione per idolatriam, sed etiam corporali per ignominiam, & dedecus, qualem etiam parentes exercuerant, nam propter peccatum parentum permittebantur fornicari, vt ad hunc locum Lyranus, & satis ex antecedentibus, particula, *ideo*, ostendit, siue, vt Ruppertos: corporali fornicatione permittebantur fordidari, quod latius explicat Carth. dicens, non sic esse intelligendum, quasi Deus propter peccatum personale vnius puniat alterum in spiritualibus gratiam subtrahendo, aut in peccatum directe cadere permitiendo; sed quia peccata parentum exemplariter filios induxerunt, vt caderent in peccatum, ideo in vindictam parentum filia in simile peccatum labi permittuntur, sicque eodem ignominia genere, quo peccauerant, puniuntur, nam senum corona sunt filiorum filij dixit Clem. Alex. 2. Ped. cap. 8. Filij autem coronæ sunt patres. Vnde merito talem filij patribus gloria coronam intexunt, qualem patres per libidinem filijs parauerant, & proinde, quia Iudæi fornicarij erant, ideo Isaia. 13. Idei ignominia genus ipsis describitur incurrendum. *Vxores eorum in oculis ipsorum violabuntur.* Quod, quam graue malum sit ostendit D. Hieronymus in cap. 7. Amos dum inquit: *Maritus libentius audit uxorem interfici quam pollui.* Hoc ipsum tradit Paulus ad Rom. 5. causas enim assignans, propter quas in similia peccata idolatriæ, & fornicationis homines laberentur, inquit: *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, &c.* & infra. *Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominia,*

Vatab.  
Haymo.

Lyran.

Ruppert.  
Carthuf.

Cle. Alexã.  
2. Ped. c. 8.

Isaias 13.

D. Hiero.  
in cap 7.  
Amos.

Paul. ad  
Rom.

nam *famina eorum naturalem usum, &c.* Et concludit: *Et mercedem, quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes.* Nihil ad institutum clarius, vbi non deest qui noter, quod Apostolus non dixit tradidit eis desideria in corda eorum, cum tamen Deus hominis desiderium constitueret in manibus consilij sui; sed e conuerso tradidit eos in desideria, sicut enim illustre esset beneficium, si Deus desideria emitteret in corda hominis, quæ cum ex Deo essent, forent vtique optima: ita insigne est supplicium, quod hominum corda tradat in desideria suæ carnis: quo circa optime Tertullianus in lib. de pudicitia. cap. 2. *Et si bonus, inquit, natura Deus, tamen, & iustus, ex causa enim sicut sanare nouit, ita, & decedere, faciens pacem, sed, & condens mala:* Si pœnæ sint, directe illa volens, si culpæ, modo supra dicto præmittendo. Vnde sicut sæpe homines ad misericordiã inuitat, ita, & sæpe pœnam obijcit Hierem. 14. *Noli orare pro populo in bonum, non exaudiam eos cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum.*

Tertul. in  
lib. de pudicitia. cap. 2.

Hierem. 14.

Genes. 27.

Genes. 29.

1. Reg. 18.

Hest. 9.

2. Reg. 12.

2. Reg. 16.

Illustrari locus optime potest ex diuinis litteris, fallit Iacob patrem Isaacum simulans se esse Esau. Genes. 27. fallitur, & ipse a Labano socero recipitq; Lyam lippis oculis pro pulchra Rachele. Genes. 29. Anxie Saul studebat, vt David a Philistæis occideretur. 1. Regum 18. corruit iisdem Philistæorum manibus Saul. Parabat A manus. Hester. 9. Mardocheo furcam, vt suspenderetur in ea, in ea, incolumi Mardocheo, suspenditur A manus. Incidit David in adulterium cum Bersabet vxore Vriæ. 2. Reg. 12. idem sustinet opprobrium ab Absalone filio. 2. Reg. 16. Et ne liceat dubitare de

**A** ranti opprobrij causa, additur per Nathan: *Eo quod tu-  
leris uxorem Vria, vt esset vxor tua.* 2. Reg. 12. & infra  
**A** negas augetur. *Tu fecisti in abscondito, ego autem faciã  
verbum istud in conspectu omnis Israël.* Sicut autem gra-  
uor culpa est publice quam priuatim delinquere, vt  
Isidorus ait. lib. 2. de summo bono, ita supplicium pu-  
blice inflictum grauius est, quam priuatum. Vnde si  
priuatum crimen adulterij tam acriter Deus punit in  
persona Regis, quid de publicis criminibus sentiendũ?  
Præsertim cum mæchia, & fornicatio, vt inquit Ter-  
**B** tul. lib. 1. de pudicitia, non de medijs, & modicis cri-  
minibus deputentur, sed culmen criminum teneant.

Mirum est quid Deus egerit. Numer. 25. dicat, dum  
Phineos dux in Tribu Symeon occidit Zamri, quia  
videntibus cunctis ingressus est ad scortum filiaẽ prin-  
cipis Madian, nam tollens manum percussione per-  
pestem, quæ grassabatur in Israel occisis iam viginti-  
quatuor millibus, inquit per Moysen Phinnæes filius  
Eliazari auertit iram meã a filijs Israel: nullum enim  
sacrificium Deo gratius, quam publici peccati vindi-  
**C** cta, imo, & peccatoris mors, inducitur enim Deus  
apud Isaiam 59. vestitus vestimentis vltionis, hoc est  
eorum genere pænæ vindictam sumet, quo peccator  
deliquerat. Recte sane Deus vltionis vestibus induci-  
tur ad puniendum, siquidem illi peccando alium Deũ  
sibi proposuerunt, vt optime D. Hieronymus in Psal-  
mo. 80.

Si cui tamen mirum videatur, quod Deus taliter se  
habeat cum hominibus, id duplici ex causa facit. Pri-  
mo, dum peccata parentum tam acriter etiam in filios

2. Reg. 12.

Crimen pu-  
blicum gra-  
uius.Isidor. li. 2.  
de summo  
bono.

Tertul.

Num. 25.

Gratiũ Deo  
sacrificium  
publici pec-  
cati vindi-  
cã.D. Hiero.  
Ps 80.

ac nepotes punit; est, quia scelera vult radicitus extirpare; isdem vero supplicijs vtitur, vt homo per eadē media, per quæ peccauerat, & auersus est à Deo, per eadem reducatur ad ipsum. Primum recte descripsit Tertul. lib. 4. aduersus Marcion. cap. 3.

*Ceddidit ergo Deus gratis peccata paterna  
In cathachlismo enecans cum prole parentes.  
Gentēq; iam quarta genitos de stirpe nepotes:  
Cum fere nongentos hos tunc adiuerit annos.  
Iudicium durum, sententia sua videtur,  
Parvulus, & Sodomis adhuc insons, mollis, inermis,  
Vt careat vita quod enim peccauerat infans.  
Quod crudele putes hoc est pietatis honestum,  
Auctores sceleris, facinusne cresceret ultra  
Extinxit, sobolemq; patrum peccata sequentum.*

Ob quam rationem peccata sequentia pœnæ sunt antecedentium, sunt etiam hæc antecedentia supplicia, remedia scelerum subsequentiū, nam sicut optime notauit D. Greg. 4. moral. peccatum, quod ex peccato oritur, non iam tantum modo peccatum est, sed, & pœna peccati, quia iusto iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, vt præcedentis peccati merito in alia etiam cadat, vt qui malum sciens operatur, deinde iuste in alia etiam nolens cadat, ita supplicia influcta ijs, qui nondum peccauerunt, ob parentum scelera nō modo præcedentium peccatorum pœnæ, sed etiam subsequentiū peccatorum remedia dici possunt: egregia similitudine quidam talis supplicij vtilitatem commendauit, ex antidoto, quod ex Vipera, Crocodillo, alijsque venenosis bestijs, in veneni remedium confi-

*Tertul. lib.  
4. aduers.  
Marcion.  
cap. 3.*

*D. Gregor.*

*Peccatum  
peccati pœ-  
na.*



**A** citur. Filij (dixit Hieremias, cap. 7.) colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres ( id est vxores ) conspergunt adipem, vt faciant placentas Regina cæli, & libent Dijs alienis: hic est mors, & misera mortalium conditio, vt filij cooperentur iniquitatibus patrum, & consequenter cum eis puniantur. Vnde miraculum grande dicunt diuinæ litteræ, quod pereunte Coreb non perirent filij eius. Num. 26. quod scilicet patrum sceleribus non consenserint: vnde per miraculum penduli aperta terra remanserunt.

**B** Circa secundum, quod scilicet Deus velit, vt per eadem media, quibus homines deliquerant respiscât, id aperte videtur tradere Paul. ad Rom. 6. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestra, sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditia, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitia in sanctificationem.* Quorum verborum sensus est, licet plus Deo teneamini seruire, quàm peccatis iuxta illud Baruc. 4. *Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantùm iterum reuertentes requiretis eum;* tamen morem gerens humanæ conditioni fragili vtique ac debili. Dico, inquit, Paulus, quod sicut membra vestra applicuistis peccato ad pœnam vestram, sic enim iniquitas secundo loco sumitur, sicut etiam. Num. 5. de muliere de adulterio suspecta dicitur, quod, *Portabit iniquitatem suam,* id est pœnam, sicque Pagn. & Vatab. legunt: *Feret noxam suam,* ita etiam eadem atque animos vestros applicate ad seruiendum Deo. Ad idem facit, quod cum Deus posset thuribulo Dathan, & Abyron, quos incendio aperta terra deuora-

Hierem. 7.

Filij patrũ  
scelera se-  
quantur.Num. 26.  
v. II.Paul. ad  
Rom. 6.

Baruc. 4.

Num. 5.  
Pagnin.  
Vatab.

Num. 16.

Deus homi-  
nū vasa in  
melius com-  
mutat.Osee. 8.  
vers. 12.R. Leui.  
R. David.  
P. Aug. 1.  
de Doctr.  
Christ. c. 4.

Prouer. 30.

uit, pariter cum ipsis consumere, ne amplius compare-  
rent, noluit tamen, sed præcepit. Numer. 16. vt ex illis  
confectæ laminæ altari affigerentur, vt si quando thu-  
ribula in falsorum deorum cultum, dum illis thus ado-  
lebant inseruierat, postea in honorem veri cultus, ve-  
rique Dei transferrentur, solet enim Deus vasa con-  
tumeliæ in vasa gloriæ commutare; sicut é conuerso  
Sathan filios Syon inclitos amictos auro primo facit,  
vt repententur in vasa testea.

Illustrari potest amplius hæc doctrina ex Osee. c. 8.  
vers. 12. apud quem miser dives de partis diuitijs glo-  
riabundus, inquit: *Veruntamen diues effectus sum, inue-  
ni idolum mihi.* Vnde vox *on* significat non modo ido-  
lum, sed virtutem ac fortitudinem, nam diuites pro  
idolis, ac fortitudine diuitias reputant, cum habeant  
in thesauris corda; tamen siue *on* sit á radice, *auan*, la-  
bor est, & fatigatio, peruersitas, & iniquitas, siue á ra-  
dice, *oy*, idest, *ua*, nihil aliud sonat nisi calamitatem,  
& miseriam, dolorem vtique luctum, sollicitudinem,  
murmur, vanitatem, concupiscentiam, & mēdacium,  
vt ex Rabbinis tradunt Leui, & David, nam impij pa-  
riter cum diuitijs, quas sibi idola effingunt mendaciū,  
& laborem hauriunt, vt in eodem, in quo peccant pa-  
riter flagellentur. De quo vide Patrem Augustinum.  
1. de Doctrina christiana. cap. 4. vbi late: *Suaui est,*  
enim, *homini panis mēdaciij, & postea implebitur os eius*  
*calculo.* Prouer. 30. vnde de miseris diuitibus apud  
Aggæum dicitur: *Comedistis, & non estis saturati, bi-  
bistis, & non estis inebriati, &c.* Sunt enim diuitiæ, sicut  
fodomitica poma ad speciem pulchra ( vt inquit So-

A linus. cap. 44) sed mandī nō possunt, compressa enim, siue contacta in fumum, ac cineres dissoluuntur; vnde merito mundus illa offerens, & aestimans nimioque labore donans assimilatur mercatori illi pessimo Chanaan, in cuius manu statera dolosa, talis vtrique, quia tanquam suauia, & magni momenti vendit ea, quæ, & laboriose acquiruntur, & laboriosius sustinentur, sed de his alio loco cum Aggro.

Solinus.

Mundi bona  
fucata,  
& vana.

## ADNOTATIO SECVNDA.

B *Graue supplicium senes non reuereri.*

C **D**iuus Bonauentura expositione in Psalm. cap. 7. vers. 4. art. 1. ad illa verba Psalmi 117. super senes intellexi, nota inquit; quod, *Senes venerabiles ostenduntur à tribus, à natura, à scriptura, à peritia multitudine, quoniam illos hæc dignificat, hæc honorificat, hæc coronat.* De primo, dignitas senum canities. Proverb. 20. *Ecce natura senes dignificans.* De secundo, coram cano capite consurge, & honora personam senis. Leuit. 19. *Ecce scriptura senes honorificans.* De tertio: *Corona senum in multa peritia.* Eccles. 25. *Ecce peritia mensura senes coronans:* hæc diuus Bonauentura, quibus sane eleganter, & satis Laconice, quicquid in senectutis laudem adduci poterat visus est comprehendisse, vt inde facilius concludatur, quàm graue crimen sit, senectutem non reuereri; siquidem, & naturæ legibus, & scripturæ sacre, & ipsius sapientiæ regulis aduer-

D. Bonaue.  
expos. in  
Psalm. 6. 118.  
ver. 4. ar. 1.

Prou. 20.

Leuit. 19.

Eccles. 25.  
Senectutis  
laudes vnde  
desumpta.

sabitur,

sabitur, qui tale nefas non sit reueritus, hoc autem ex sequentibus illustrari poterit.

Circa primum adeo notum fuit semper, ipsa natura duce, honorem maximum, ac reuerentiam senectuti deberi, vt ex antiquis plurimi caeca imbuti superstitione in senectute aliquid, quasi diuinum agnoscentes illi delubrum consecrauerint; illi honorem exhibendum docuerunt antiquiores Philosophi, Plato Dialog. 9. de legibus, Cicer. 2. de officijs: *Adolescentis est, inquit, maiores natu vereri.* Et 3. de Rep. optimam rationem huius rei reddit idem Plato, dicens: *Quia senectus duos custodes habet, pudorem scilicet, & timorem.* Sic etiam 3. Ethicor. Aristoteles: *Omni seniori, dixit, honor est pro atate reddendus assurgendo, & sessione cedendo.* Vnde Satyricus Iuuenalis, Satyr. 3. *Credebant hoc grande nefas, & morte piandum; si iuuenis vetulo nō assurrexerat,* hincque Spartanis sancita lex in theatro consistentibus ad senis ingressum assurgendum esse, vsque dum confederet, teste Plutarcho: & Romani adulescētes seniores in Senatum deducebāt, eisdemq; in domum redeuntes comitabantur. Prætereo quod a senibus Senatus dicitur, siue vt alius verbo ludens ingeniose notauit, idem senior sonare videtur, quod Hispanice, *Señor,* est plane senectuti ipsa natura duce honor tribuendus, neque enim par est senes inuenum more colere, & honorare, quem morem iam, quasi deflexum, & confectum senio pulchre adduxit Eligiacus poeta. fast. 5.

*Magna fuit capitis quondam reuerentia cani  
Inq; suo pretio ruga senilis erat.*

Templi senectutis.

Plato Dial. 9. de leg.

Cicer. 2. de offic.

Plat. 3. de Rep.

Arist. 3.

Ethic.

Iuuen.

sat. 3.

Plutarcho.

Plat.

Plat.

Plat.

Plat.

Plat.

Plat.

Ouid. fast. 5.

**A** Quid de diuinis litteris circa secundum? plane dicendum, quod dum Scriptura sacra debitam senectuti reuerentiam commendauit. Leuit. 19. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis*, additur, & *time Dominum Deum tuum*, quasi contra Dei timorem sit non reuereri, neque honorare personam senis, quod peculiariter huic præcepto, & non alijs adscribitur: merito sane patet, quam recte Plato custodem senectutis timorem dixerit, sicque Prouerb. 16. *Corona dignitatis dicitur senectus, quæ in vijs iustitiæ reperitur, de quo in sequentibus.*

Leuit. 19.  
*Quale crimen senem negligere.*

Prouer. 16.

**B** Quod vero dignitas senum sit sapientia, & peritia indicauit optime D. Gregor. super primum Reg. cap. 16. vbi de senioribus Berlehem inquit, *Sunt viri eruditi, & qui in Iudæa peruenerunt ad sensuum maturitatem.* Vnde, si quis honor sapientiæ debitus censetur, senibus proculdubio, tanquam sapientibus est exhibendus, graueq; proinde supplicium deplorat Hieremias, quod Chaldaei, & Romani in deuastatione urbis Hierosolymiticæ faciem senis non erubuerint.

D. Gregor.

**C** In confirmationem notauit optime D. Ambros. Beatam Virginem primo Elisabetham cognatam salutantem, dicens: *Decebat, ut iunior seniori deferret obsequium*, nec obstitit plane, quod rerum omnium conditorem gestaret in utero, siquidem & ipse postea filius eius baptizatus est à Ioanne; & tandem discipulos erudiens, primum inter ceteros nominat Petrum. Ioan. 1. qui & senior erat, & ætate prouectior. Plane hoc est graue supplicium, quod Deus comminatur per Baruc ad litteram. cap. 4. dicens: *Adduxit super eos*

D. Ambr.

Ioan. 1.  
Baruc ad  
litt. cap. 4.

gentem

Lyran.  
Septuag.  
Sap. 2.

gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius lingua, quæ non sunt reuerita senem; improbam: explicat Lyran., bonis moribus carentem. Melius Septuaginta, impudentem, nam pudor senectutis custos ex Platone supracitato, & Sap. 2. Inter ea, quæ impij in genus humanum illaturos se promittunt nocumenta, dicitur: *Non parcamus veterano, nec reueremur canos*; quid aliud actum est cum miseris Iudæis, quando principes eorum suspensi sunt, & senes ludibrio habiti.

Sap. 4.

Sed expendamus ergo, qualis nam senectus huiusmodi reuerentiam promereatur: illam describit optime diuina. Sap. cap. 4. *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata, cani autem sunt sensus hominis, & atas senectutis vita immaculata.* Sic D. Ambrosius, per Abrahami senectutem. Gen. 17. quæ dicitur bona, & non dicitur longa, credidit signari complicationem multarum virtutum, quæ etiã erant in Sara, & quod eodem sensu etiam boni iuuenes senes dicuntur: sic Thob. cap. 4. bona senectus commedatur:

D. Ambro.  
Genes. 17.

Thob. c. 4.

Beda.

*Accessit ergo Thob. ex Ninive cum uxore sua, & filijs, & filiorum filijs, & regressus est ad soceros suos, & inuenit eos in senectute bona. Quem locum Beda sic explicat: Hos enim in senectute bona inuenit, cum bonis operibus diu studuisse se donante (idest Deo) letatur, alioquin in mala senectute videt, & id circo praterit eos, qui diutius viuentes non maturi sunt consilio, non candore bonæ actionis, quasi canitie venerandi, sed vitiorum sunt onere incurui.* De quibus dicit Isaias, cap. 65. *Centum annorum morietur puer, & peccator centum annorum maledictus erit.* Hæc Beda, & merito sane sola senectus

Quæ senectus venerabilis.  
Isai. c. 65.

A virtutibus comitata honorem, ac reuerentiam pro-  
 A retur; vti enim pulchre dixit Democritus licet robur,  
 & forma corporis bona sit, senectus tamen flos est tem-  
 perantia, & prudentia, elegantius vero D. Hierony-  
 nius, epist. ad Nepot. *Omnes pene virtutes corporis mu-  
 tantur in senibus, & crescentes sola sapientia decrescunt  
 cetera vires.* Aliter autem, nisi huiusmodi senectus sit,  
 sed talis, qualis apud Daniel. cap. 3 describitur. *Egressa  
 est iniquitas de Babilone a senioribus iudicibus, qui vi-  
 debantur regere populum:* non modo nullam prome-  
 rebitur reuerentiam, nullumque honorem, sed potius  
 B insigni afficietur ignominia, cum peccata senum gra-  
 uiora sint, ideoque Hieremia. 17. *Syllo ferreo, & in  
 vngue adamantino incidenda videantur.* Origen. su-  
 per Hieremiam, homil. 12. & super Matthaum, homil.  
 35. eleganter D. Ambros. serm. 13. super Psalm. 118.  
 C *Super senes intellexi,* hanc verba de populo Christiano  
 intelligit, quid super senes intelligit, hoc est super se-  
 niores principes Iudaeorum vetustatem litterae sequen-  
 tes, quae occidit sine spiritu, sicque illi materiales, &  
 carnei mentes ad caelestia non erigentes, sed humi rep-  
 tantes improbam, & ignominiosam egerunt senectu-  
 tem, propter quam hostes eorum, talium senum facies  
 non erubuerunt, qui enim iunioribus talia praebent pro  
 virtutibus vitiorum documenta, merito ab iisdem, apud  
 quos in pretio haberi oportebat, tanquam ridiculi in  
 ludibrium, & ignominiam reputantur: circa quod op-  
 tima sunt verba Chrysost. hom. 57. contra eos, qui com-  
 madijs astant, cum tamen senes sint. *Video enim non  
 iuuenes tantum, sed & senes insanire,* quorum genera

D. Hieron.  
 ep. ad Nep.

Dan. 3.

Hier. 17.  
 Orig. sup.  
 Hier. hom.  
 12. & super  
 Matth. ho.  
 mil. 35.  
 D. Ambro.

D. Ioann.  
 Chrysost.

D. Chrysol.

ac non in apto ferre merito. D. Chrysol. erubescit, cū videt virum eam tunc venerabilem, eam labefactam, & filium secum trahentem, quid hoc magis ridiculum, quid indignius? filius à patre pudicitiam discit: *Mordent vos hac verba? & hoc volo.* concludit Chrysol. & nos iisdem verbis versum istum.

## VERSUS XIII.

*Defecerunt senes de portis iuvenes de  
choro psalterium.*

## VERSUS XV.

*Defecit gaudium cordis nostri: versus est  
in luctum chorus noster.*

## VERSUS XVI.

*Cecidit corona capitis nostri: va nobis,  
quia peccauimus.*

Pagnin.  
Variab.  
Septuag.



Agninus ex Hebræo transfert. *Senes de porta cesauerunt, iuvenes à cantico suo.* Vatablus similiter. Septuaginta legunt: *Et senes à porta cesauerunt electi ex psal-*



**A** *mis eorum cessauerunt. Chaldaus: Senes à portâ iudicium ordinariorum cessauerunt, & iuuenes à domo cantici sui.*

**B** Consonant prædictis versionibus Recentiores, conueniuntque in explicanda maxima calamitate, quam Ieremias præfatis versibus deplorandam inducit: ostēdit enim malis, quæ in tam acerbis deuastationibus sustinuerunt, consequenter ostendit bona, quibus privati sunt, vt enim eleganter dixit Seneca. Absentia boni malum præfens. Primum ergo luget iudiciū absentia, qui iustitiā exercerent inter partes secundum præceptū.

**B** Deuter. 16. Secundum, quod luget est, quod non habuerint iuuenes, qui cantica celebrarent. *Iuuenes de choro psilentium.* Et ex his consequenter luget tertium defectum scilicet interioris gaudij. *Defecit gaudium cordis nostri* Defectum etiam exterioris cum chorus lætitiæ versus sit in luctum, quia scilicet, vt credit Hugo die Paschæ, quando putabant se esse in gaudio, & lætitiæ capti sunt à Romanis. Quartum malum, quod luget est defectus Regis, vnde additur. *Cecidit coronâ capitis nostri*, id est regia dignitas ablata est à nobis, sicut vaticinatum est per Ezech. 21. *Aufer cidarim tolle coronam.*

**C** Et tandem huiusmodi supplicij afflicti concludunt assignantes miseriæ causam, & ex ea diuinam iustitiā commendantes. *Va nobis quia peccauimus:* seu vt Pagn. & Vatabl. *Va nobis nunc quia peccauimus:* nam peccatores sæpe ex solis miserijs, quas patiuntur animaduertunt; sero enim sapiunt; hæc ex mente Hugonis.

**C** *Pro senibus* habetur in Hebr. Sanedrim, Græcē Cy-

Seneca.

Deut. 16.

Hugo.

Ezech. 21.

Pagn. &amp; Vatabl.

A A

nædrus, idest confessores, Senatores, siue iudices ordinarij, cessauerunt de portis, hoc est non exercuerunt amplius iudiciariam potestatem, quam in portis exercebant, ne rustici per ciuitatem diuagrentur, sicut

Deuter. 16.

Deuter. 16. *Iudices & magistrōs constitues in omnibus portis tuis.* Et cap. 22. *Ferent secum signa uirginitatis ad seniores urbis, qui in porta sunt.* Sic explicabis uerticulum Psal. 116. Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta; id est cum ab aduersarijs uocatus fuerit ad iudicium; sic Deuter. 17. ubi dicitur: *Et iudicium intra portas tuas uideris.* Legit Pagnin. *Res causarum in portis tuis.* Septuaginta: *Verba iudicij in ciuitatibus uestris;* idem ferè Chald. sicque Amos 5. dicitur: *Constituite in porta iudicium.*

Psal. 116.

Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta; id est cum ab aduersarijs uocatus fuerit ad iudicium; sic Deuter. 17. ubi dicitur: *Et iudicium intra portas tuas uideris.* Legit Pagnin. *Res causarum in portis tuis.* Septuaginta: *Verba iudicij in ciuitatibus uestris;* idem ferè Chald. sicque Amos 5. dicitur: *Constituite in porta iudicium.*

Deut. 17.  
Pagnin.  
Septuag.  
Amos. 5

B B

Pagn. &  
Vatabl.  
Septuag.

Iuuenes de choro psalentium, seu à cantico suo, ut Pagnin. & Vatablus, aut quod idem est à domo cantici sui, ut Chald. seu ut Septuaginta. *Electi cessauerunt ex psalmis.* Idem tamen sensus fit semper, per quem indicetur absentia letitiæ, quæ à iuuenibus cum cantico exercebatur, dum prospera, ac læta eis contingebant, quasi in gratiarum actione, seu prænimio tripudio gestientes.

Pagnin. &  
Vatabl.

Defecit gaudium, seu cessauit ut Pagnin. & Vatabl. & Chaldaeus: *Cessauit letitia.* Versus est in luctum chorus noster, sic omnes uertunt, chorus sumitur pro multitudinē canentium, sicut explicat Carth. credens Prophetam hoc loco mysticè lugere iuuenes, qui facultatibus Ecclesiarum abutuntur, nec choro intersunt, atque etiam religiosos, qui à choro propter leuia abstinent, aliter chorus Hebr. Machol. idest uacuum, aut

Carth.

C C

perforatum

perforatum

**A** perforatum musicum est instrumentum duabus constans ciculis aeneis, quarum altera inflatur, altera sonum emittit, sic D. Hier. sed melius sumitur pro multitudine canentium, praesertim Leuitarum, vel etiam aliorum, qui psallunt, & canunt, dum res prospere agitur, sic Psal. 150. *Laudate Dominum in tympano, & choro.* Hebr. Machol. mysticè tunc vertitur in luctum, cum anima per peccatum in profundum tristitiæ barathrū demergitur, & ut quidam optime notauit, peccator propter peccatum, non solum priuatur gaudio, & festiuo instrumento, sed ut in ipso dolorem, ac luctum inueniat ex cantico sonoro, & latis vocibus vertitur in luctum, & lamentum, sic vaticinatum fuerat per Amos. cap. 8. *Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum, & Iob. Versa est in luctum cythara mea, & organum meum in vocē sientium:* vbi non solum cessant læta instrumentorum voces, sed in tristitiæ cumulum commutantur in planctum.

D. Hieron.

Psal. 150.

Amos. c. 8.

Iob.

**C** *Cecidit corona, &c.* Sic similiter vertunt omnes: sensus autem est: cecidimus à dignitate, & corona Regni, atque libertatis sub aliorum ditione, & imperio constituti sine Rege, & Regno, sine iudicibus ad portas, non solum autem deerant iudices illi, qui in vtroque inferiori Senatu Sanædrim inferiora discernabant, sed etiam supremi illi iudices, qui grauissimas, & communissimas causas iudicabant, in hoc verò statu Rege etiã caruere, quasi dicerent: Ruit Regnum nostrum, hoc enim cornu, atque corona significat. 1. Reg. 2. *Subleuauit cornu Christi sui.* Et Luc. 1. *Erexit cornu salutis nobis in domo David.* Regnum enim paulatim extinctū

1. Reg. 2.  
Luc. 1.

Iob. 19.

*tandem cecidit. Et ablatum est in Sedechia; Corona etiã pro honore sumitur. Iob. 19. Spoliabit me gloria mea. Additur deinde: Abstulit coronam de capite meo. Et Ieremias, cap. 13. Descendet de capite vestro corona gloria. Ad quem locum, & h̄i lōgissima, subtilis tamen est allegoria, quæ per coronam gloriæ intelligit Messiam ex Adamo nostro descendentem. Pinto hoc loco per coronam intelligit, templum Hierosolymitanū, quod euersum fuit, & cecidit in expugnatione Babylonica.*

Dionys.  
Chart.

Dionysius Carth. mysticè caput nostrum ratio, corona, sapientia, cum ergo rationem à supremis ad infima deiicimus ruit corona de capite nostro, corona Prælatorum sunt etiam hi, quos ad cœlestem patriam ducunt. Phil. 4. *Gaudium meum, & corona mea.* Deinde dum Principes, & Prælati in vitia cadunt, cadit etiam corona capitis nostri; dicitur etiam corona capitis, infusa charitas, vel spirituale sertum virtutum floribus contextum, quo anima tanquam corona adornatur; hæc ex Carth. prætereò alias coronæ acceptiones, quæ, non ita ad hunc locum.

Phil. 4.  
Quasi sic corona prælatorum.

## ADNOTATIO VNICA.

*Maiorum peccata quantum inferioribus noceant.*

**C**irca hanc adnotationem iam supra tetigimus, quo pacto maiorum peccata seueriori digna sin-

suppli-

**A** supplicio, ex eo, quia alijs ansam, & exempla peccandi præbent. Expendamus nunc, quomodo etiam ex dignitate peccantis crimina grauiora reddantur, ideoque amplius alijs acrius punienda; egregie Orig. hoc adnotauit ad illa verba. 1. Reg. 2. *Erat autem peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahébant de sacrificio Domini.* Grande inquit Orig. quia puerorum, senum autem grauissimum, vnde Christianorum, religiosorumque peccatum multo grauius reputatur, crescit enim delicti granitas ex dignitate personæ, quæ ad illud euitandum strictiori vinculo tenebatur sic apud Dan. cap. 13. Execrandum nimis redditur senum peccatum. *Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.* vbi Lyr. Erant senes maturitate ætatis, iudices sublimitate authoritatis, præbiteri apparentia sanctitatis. Vbi vides grauitatem criminis ex peccatis qualitatibus, aliàs dignitatibus inculari, quod Daniel verbo vno claudens illis obiecit eodem cap. vocans illos senes inueteratos malorum. Nec præterea illa posteriora verba, videbantur regere populum; nam iudices erant anni illius, sed qui prælati opere putantur, cum verbo non docent, sic videntur regere, non tamen regunt, sed potius perdunt populum. Hinc assurgat quilibet Christianus, vt videat quanto strictiori vinculo ad legis obseruationem teneatur, quantoque acrius puniri debeat, si delinquat, quam veteres illi prioris legis cultores, cuius rei inter cetera, elegantem, & optimam reddit Tert. rationem lib. de pudic. cap. 7. dicens. Nec idolatræ veniam sperent, quia populus Iudæorum illam cō-

1. Reg. 2.

Orig.

Dan. 6. 13.

Lyran.

Tertul.

sequutus est Isepe, nec homicidæ, quia Achab sanguinè Naboth deprecatione deleuit, nec adulteri, quia Dauid Vriæ eadem cum causa eius, Mechia confessione purgauit; cū ceteris, quæ tamē cautē leges, cum ad nuptiarum iterationem veneris; rationem verò assignat ex discrimine vtriusque legis, antiquæ, & nouæ, illa enim nō corpus Christi, non membra Christi, non templum Dei vocabatur, cum Mechia veniam consequbatur, quia scilicet Christianorum peccata grauiora sunt, seueriusque puniendi qui in hac lege peccant, quam, qui in illa. Sic etiam Prophetæ, PP. q; loquuntur conferentes Iudæos cum gentibus: & maior (inquit Ierem. cap. 4.) effecta est iniquitas filia populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & nō caperūt in ea manus. Ratio autē assignatur, quoniam Sodoma non contaminauerat Dei sacrarium, nec legem Dei apud se habebat, nec vates, nec Prophetas, sicut Hierosolyma; violauerat autem legem naturalem, Hierosolyma autem naturalem, & scriptam, vnde per Ezech. 16. illi obijcit Deus. Non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filia eius, sicut fecisti tu, & filia tua; & Christus D. apud Math. cap. 11. Consequenter grauius supplicium inducendum in Capharnaū promittit: *Terra Sodomorum remissius erit in die iudicij, quā tibi,* scilicet propter peccata Prophetarū eius, & iniquitates sacerdotum eius, & ob prædicationem, quam non receperunt. En quomodo ex dignitate personæ accrescit grauitas criminum, en apparet quanto arctius sacerdotes, religiosaque personæ ad exactam legis obseruationem, seheantur, quantoque studio debeant curare, ne

Ierem. c. 4.  
 Thren.

Ezech. 16.

Mat. c. 11.

Act. 17

**A** ab vno peccato in aliud dilabantur trahentes in funi-  
 culis vanitatis peccatū, *Isai. 5.*, peccatum enim, quod  
 per pœnitentiam non diluitur mox suo pondere ad  
 aliud trahit, pariterque plagæ Dei ex peccatorum gra-  
 uitate accrescunt. Expende *Egyptum* primum cru-  
 ciatam siniphibus, id est, musculis paruulis, mox ma-  
 ioribus, deinde ranis, tandem morte Primogenitorū;  
 sic pariter dictum est. *Ecclesiast. 3. Cor nequam graua-*  
*bitur in doloribus, & peccator adiciet ad peccatum, pro*  
*quo expende simul Cainum ex inuidia in odium, ex odio*  
*delapsum in homicidium, ex homicidio in cōtemptū*  
**B** Dei sui; Deo enim de fratre ipsum querenti. *Genes. 4.*  
*respondit. Numquid ego custos sum fratris mei?* Adde  
 ipsum tandem lapsum in desperationem, quia in dete-  
 rius abeunti nullus modus est, dixit *Augustin. Pater.*  
 Idque amplius in iuitis illustrari potest. *Dauid concu-*  
*piscit alienam, & quia captis non obtulit, mox*  
*adulterium comittit, tandem homici-*  
*dium fidelis militis per-*  
*patratur.*


*Isai. 5.**Eccles. 3.**Genes. 4.**P. Aug.*

## VERSUS. XVII.

Propterea mæstum factum est cor nostrum  
ideo contenebrati sunt oculi nostri.

## VERSUS XVIII.

Propter montem Sion, quia disperijt vulpes  
ambulauerunt in eo.



Septuag.



Septuaginta apud Montanum legunt,  
propterea factum est dolorosum cor nos-  
trum, & aliquæ antiquiores versiones ha-  
bebant. Propterea mæstum factum est in  
dolore, cor nostrum, cum quibus legit

Hugo.

Hugo, quæ tamen particula, *cum dolore*, neque in Græ-  
co, neque in hebræo legitur, & si neque in illis, neque  
in Vulgata correctâ haberetur, non tamen immutabat  
sensum, sed tantum explicabat exortam tristitiam à  
dolore, quo Propheta vexabatur videns miseram suæ  
gentis captiuitatem, Regni euerfionem, vrbis ruinam,  
direnptionem templi, cæterasq; calamitates, quas prius  
mente præuiderat, sic postea non sine dolore magno,  
& intuebatur in alijs, & experiebatur in se pro corde,  
est in Hebr. *Leb*, idest, cor, siue medium, nam cor in  
medio hominis est, recteque tristitia, quæ totum capit

hominem



**A** hominem in corde describitur. *Propter montem Sion* super montem Sion habet vsitata phrasis, est in sacris literis vt particula super accipiatur pro causali *propter* sic 2. Reg. 1. in planctu illo David pro occiso Saule, & Ionatha filias Israel allocutus dixit: *Super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delitijs, &c.* id est flete propter mortem Saulis; item Num. 20. Mortuo Aaron, quod omnis populus fleuit super eo triginta diebus. Et Luc. 19. Dominus videns ciuitatem fleuit super illam Et 23. Filiabus Hierusalem propter ipsum stentibus, dixit: *Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete*; quasi diceret in me nulla fletus est causa, super vos flere, in quibus miseriam luctus deponunt, & lacrymas. *Vulpes ambulauerunt in eo*, pertransierunt, quia scilicet libera iam direpta Hierusalem vulpes, quae vastae erant in Palaestina more suo habitantes in macerijs, domuumq; ruinis liberae per Hierusalem montemque sanctum Sion discurrebant.

**B** Idem Septuaginta apud Beierlinch in Bib. quatuor versionum legunt. propterea maxore fuit maestum cor nostrum, idem sensus fit, Pagn. & Vatablus per causalem exponunt. *Propterea maestum fuit cor nostrum, propter ista obtenebrati sunt oculi nostri propter montem Sion, quia disperijt, ita vt vulpes ambulent in eo.* Chaldaea specialiter pro luctus causa templi destructionem adducit: *Propter domum sanctuarij, quae deserta est infirmatum est cor nostrum, & propter istum populum domus Israel, quae abiit in transmigrationem obscurati sunt oculi nostri, propter motem Sion, quia desolatus est, sic enim vertit, disperijt, Vulpes ambulauerunt in ea.*

2. Reg. 1.

Num. 20.

Luc. 19.

Septuag.

Pagn. &  
Vatabl.

Dionysius in allegoria horum versuum videtur priora verba connectere cum antecedentibus, quasi dicat, quia cecidit corona de capite peccatorum, ideo loquitur Eccles. dicens mæstum factum est cor nostrum, id est, Religiosi, qui comparantur cordi ob multa, quæ apud ipsū videre poteris, & merito, sicut enim in corpore humano cor est primū viuēs, & vltimū, moriens; ita similiter Ecclesiastici, religiosæque personæ debent esse, quæ primo spiritualiter viuant, & luceant in Ecclesia, vt vltimo extinguantur, seu potius nunquam extinguantur. Et propter eandem allegoriam per oculos colligit Prælatos in capite Ecclesiæ cōstitutos. Iob. 29. *Oculus fui q̄, caco.* Et Isaia 50. *Induam cælos tenebris, & ponam saccum in tegumentum eorum.* Vbi per cælos prælatos intelligit Dionysius, quos in populi supplicium Deus se tenebris obduetum promittit.

Melius tamen, & consequentius connectendus est primus versus cum consequenti, quasi dicat, Cor nostrum mæstum factum est, & oculi nostri præ lachrymis, & vigilijs assiduis contenebrati defecerunt præ nimio fletu, quia vidimus desolatam ciuitatem Sanctam, & templum euersum, ita vt quæ domus sanctuarium fuit Dei, omniumque Iudæorum solatium, nunc vulpium habitatio reddatur. Sic ferè ceteri Interpretes: Pinto, Costa, & ceteri, ipsi enim, qui pro temporalibus cladibus luxerant; nunc propter spiritualia vehementius lugentes introducuntur.

Aliter dici potest. *Propter montem Sion, quia disperijt,* id est, quia in diuersa perijt, diuersis enim locis, ac regionibus dispersi Iudæi perierunt, tunc autem mons

Iob 29.  
Isai 50.

**A** Sion accipitur pro venientibus ad montem Sion, sicut cap. 1. dictum est: *Eo quod non sint, qui veniant ad solennitatem*, seu vt in Hebr. à non venientibus festi, in quo nullum ad mittebat solatium, vt ibidem dicitur, *non est qui cõsoletur*. Iam verò, si per vulpes ad litterã, sed sub metaphora intelligantur hostes Hierusalem Chaldæi, siue Romani, quæ est communissima interpretum expositio, meritò sane vberiores lachrymæ introducentur, meritoq; Hieremias, & capiti desiderabit aquam, & oculis fontes lachrymarum, vt deplorat hæreticos, quasi vulpes per Ecclesiæ rimulas latitantes, semperq; insidiantes in abscondito, de quibus Deus per Ezech. cap. 13. hoc vaticinatus fuerat dicēs.

**B** Quasi vulpes in deserto Prophetæ tui Israel erunt; quod de hæreticis explicat insignis Sotus Maior, qui ad instar vulpium in macerijis latitant domesticis auibus, infirmioribusque filiis Ecclesiæ insidiantes.

Neque ineptè alij per *vulpes* homines versutos, & malitiosos intelligunt, de quibus Christus Dominus. Luc. 9. dixit: *Vulpes foveas habent, & volucres cali nidos, filius autem hominis, non habet vbi caput suum reclinet*, vbi D. Cyril. Alex. vulpes malitiosas, & astutas intelligit dæmonum potestates. Sicque interlinealis hoc loco per *vulpes* intelligit Sarracenos dolosòs, sicut vulpes; & Christus Dominus. Luc. 13. Herodi remisit dicens: *Dicite vulpi illi*. Egregiè de hoc genere gentis dixit Satyrus: *Et astutam seruant sub pectore vulpem*.

*Sensus mysticus ad presentes versus.*

Ezech. c. 13.

Luc. 9.

D. Cyril.

Luc. 13.

Potest locus optimè intelligi de anima, quæ à gratia per peccatū cadit, & in qua templum, quod per virtutes in se metipsa sponso Christo Domino edificauerat destruitur, ita vt Sanctuarium Dei (sic animam iusti vocant Aug. & Greg.) & templum viuum Dei, sicut vocauit Paulus, fiant habitationes vulpium, idest demonum, nam vt inquit D. Hieron. in Apologia contra Ruffin. *Peccare est omnium, insidias tendere diaboli.* Vnde merito per insidiantes vulpes, diabolus intelligitur. Idem docuit Greg. Naz. oratione 3. contra Iul. Imper. dicens illum sepe leoninæ pelli vulpinam intexisse, quia scilicet non solum vi, sicut leo, sed dolo, & fraude, sicut vulpes christianos vexabat; illisque proinde adaptari potest id, quod D. Ambros. dixit ad citata verba. Luc. 9. Merito foveas habet, quia locū, quē habuerant perdididerunt, quod, vel de diabolo intelligi potest è celesti sede delapsū, vel de hæreticis extra Ecclesiam in ruinis, & macerijs constitutis, vel tandē de anima, quæ per peccatū vulpina fouea inclusa redditur, cum antea per gratiam templum esset Dei viuū.

Aug. &  
Greg.  
D. Paul.  
D. Hieron.

Greg. Naz.

D. Ambr.  
Luc. 9.

2. Corint. 6.

Glos. ordin.  
Ierem. 8.

Gen. 3.  
Psal. 38.

Glossa ord. locum allegatum de Christo explicat, & cum primum duplicem dolorem inducat iuxta illud Ierem. 8. *Dolor meus super dolorem, in me cor meū marens*, quia scilicet peccatorum dolori dolor additur compunctionis, vnde vnum dolorem malum dicit, alterum bonum. Primum probat ex Gen. 3. *In dolore paries.* Secundum ex Psal. 38. *Et dolor meus renouatus est.* Tandem obsecratos malitia peccatorum oculos dixit, & infectos, ita ex peccatis, vt Christi lumen videre nō

potuerint;

**A** potuerint; Christum autem D. per montem Sion allegoricè intelligit, abscisum utique sine manibus de monte. Dan. 2. est, qui sine viri ope ex purissimis Virgini sanguinibus homo factus, preparatusque super verticem montium. Michea 4. *Et monstratus in exemplari Moysi in monte.* Exod. 25. *Qui tamen cum esset equalis Patri.* Ad Phil. 2. Semetipsum exinanioit, & formam ferui accepit, ut hominem à seruitute peccati redimeret; idèd autem hic mons Sion disperijt, quia per mortem disperijt, dissoluta vnione inter partes humanitatis, quam sibi hypostatice copulauerat, retenta autem semper vnione cuiuslibet partis ad Verbum, nam in triduo, & si anima disiuncta esset à corpore, tamen anima vnita mansit Verbo, sicut & ipsa caro, hæretici Iudæi, qui de incarnatione male senserunt, & quibus Christi mors scandalum fuit in monte isto non habitarunt, quia illi non crediderunt, sed in ruinis, & in cauernis maceriae facti consortes diaboli, & partes vulpium: Psal. 61.

Dan. 2.

Michea. 4.

Exod. 25.

Ad Phil. 2.

Psal. 61.

**C** Quid ergò mirum, quod impij Iudæi sine tēplo sint, & in merore habitent consumpti squalore, qui ex probaturi aliquando erant Christum D., quod destrueret templum Dei non intelligentes destructionem corporis per mortem in ipsorum medicinam exequendam. Math. 27. Dolorem ipso templi velo scisso indicante. Quid mirum si Dijs alienis, & quos ignorabant seruirent apud Chaldaeos, & Rom; qui apud se, & intra claustrum templi sui Deum hominè non cognouerūt, nec sunt reueriti, id plane ad ipsos dicitur Naum. 2. *Porte flauiorum aperta sunt, & templum ad solum dirutum,*

Math. 27.

Naum. 2.

Deut. 28.

quod de Hierosolymæ debastatione cōm muniter exponitur: id ipsam non obscure traditū fuerat. Deut. 28. *Disperget te Dominus in omnes populos à samitate terre, vsq; ad terminos eius, & seruias ibi Dijs alienis, quos, & tu ignorabas, & patres tui lignis, & lapidibus, in gentibus quōq; illis non quiesces; neq; erit requies vestigio pedis tui; dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam marore, & erit vita tua, quasi pendens ante te. En apertē cor mactum, en obtenebrati oculi, propter mōtē Sion, quia disperijt.*

## ADNOTATIO PRIMA

Tropologica ad priora verba.

*Propterea mactum factum est cor nostrum.*

**O** Primē ad mores expendi potest ad præcedentes versus, quanto amplius peccata lugere debeamus ob spirituale detrimentum, quod animæ inferū, & propter spiritualia bona, quibus sæpe in pœnam commissi criminis priuant, quam ob temporales clades, & misérias, quas secum plerumque afferunt, vt verē cum Propheta dicere possimus. Ideō mactum est cor nostrum, ideō contenebrati sunt oculi nostri, quia mons Sion disperijt, quia scilicet animæ nostra templum, sanctuariumque Dei, quod gratia edificauerat cum virtutibus, peccati tyrannide, & dolo dirutum est, & solo æquatum, vulpesq; & cogitationes pessimæ ascendentes in corda nostra ambulant in eo.

Egremium

A A Egregium huius doctrinae exemplum habemus in Heli, qui audito nuntio. 1. Reg. 4. quod duo filij eius Ophni, & Phinees mortui essent, mitius crudele nuntium videtur pertulisse, at ubi arcam Dei captam percepit, attende quid dicat diuina Scriptura: *Cumq; ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta portam, & fractis cervicibus mortuus est*; simileque accidit nuntio eius praegnantis uxori Phinees, quae subito dolore percussa peperit, & mortua est. En vides, qualem de rerum spiritualium amissione iusti concipiant dolorem. Adde, quod nato puero non aui, aut vtriusq; parentis extincti nomen apponitur, sed vocarunt eum Iccabot dicentes. *Translata est gloria Israel, eo quod capta est arca Dei*, neque enim temporales clades, etiam si parentum dira facta inuoluant cum eo dolore componendae veniunt, qui caelestium, & spiritualium doloribus est debitus, etenim lachrymae, doloresque pro perituris damnis perpeffi leues sunt semper, si cum debitis peccatis lachrymis conferantur. Et vt dixit Iuuenalis.

C *Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam  
Si flectas oculos maiora ad crimina.*

Et hoc est, quod stultus non intelligit Psal. 50. vt bene notauit Pater August. in Psal. 93. Expendens enim lachrymas, & dolores iustorum, eosque conferens cum secundis, ac prosperis impiorum fortunis, impios faenum dixit, iustos palmam, illos, quia sicut faenum velociter arescent, hos, quia calidior sole reuiescent, plantati utique iuxta lachrymarum riuos.

Psal. 50.  
P. Aug. in  
Psal. 93.

Iacob. Bil.  
Apol. sacra

Namq̄ fauor nimius non est fauor, ira sed ingens.  
 At fauor in magno saepe dolore lateet. Verum cum peccata in memoriam adducuntur de ijs dolere debemus, in quantum nos à nostro supremo bono auertunt, spiritualeque nobis inferunt nocumentum, non verò, aut in quantum antea actæ delectationis recordatione ad vomitum nos redire compellunt, aut in quâ tum presentis, breuiterque transituræ miserix nobis causa existunt. Illico sane, atque primi parentes post peccatum cognouerunt se esse nudos consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perisomata, qua veste, cum eos Deus videret indutos. Gen. 3. Fecit illis tunicas pelliceas non contentus priori veste, & vt Theodoret. putat, non ex pellibus animalium, quæ adhuc mortua non erât, neq; credibile est animalia ad id esse occisa, neque ad id credibile est alia creata, cum Deus bina, & bina produceret in prima rerum molitione; vnde inquit Theod. *Sed fortasse ignorabant, quod pelles non solum ille dicantur, quæ ab animalibus auferuntur, sed etiam, quæ ab arboribus, igitur Adamo indumenta fecit (scilicet Deus) ex arboribus habentibus cortices aptas ad indumenta faciendâ: quare ergo Deus potius ex cortice, quam ex ficus folijs indui voluit Adamum, siquidem satis, superque consueta ficus folia peccatum in ipsius pomo commissum, vt probabilius videretur, & mihi verum, retractabant? Plane optima erit tropologia, si dicas potius corticem, quam folia ficus in vestitum Adamo delegisse, quia arborum folia, id quod delicatius in arbore, & ad aspectum pulchrius, & luxuriosius est, indicant; et per corticem, quod asperum est, & si-*

Gen. 3.

Theodor.

Adami vestis ex arboris cortice.



**A** gorosum designatur, voluit ergo Deus peccati memoriam semper ante Adami oculos obuerfari, vestiatur ex ficu, sed tamen peccata, ne in memoriam reuocentur, qua parte vetus potest delectatio reuiuiscere, neque, qua rerum temporalium iacturam ostentant, quæ per virentia folia sæpe significantur, cum subito deficiant, & arescant, sed, qua parte rigorosius inducunt nocumentum, priuationem, scilicet, celestis gratiæ, spirituumque bonorum, & propter hæc merito cor redditur mæstum; est enim summa plaga mæror animi. Ecclesiast. 25. Et mæror in corde viri humiliabit illum. Proverb. 12. Tristitia enim à tero dicitur, id est, consumo, cumque hæc à Deo, & propter peccata benè ordinata fuerit, etiam si vitæ hostis, & inimica videatur in præfenti, tamen vitam operatur æternam.

Eccles. 25.

Prover. 12.

## ADNOTATIO SECVNDA

Tropologica, ad sequentia verba.

*Contenebrati sunt oculi nostri.*

**C** Ruamus nunc ad morum compositionem, quomodo oculi sint contenebrati, quia auertuntur à Christo monte Sion, siue quia Christus mons Sion, vt Glossa dicebat, disperijt, & mortuus est animo Iudæi peccantis, qui illum non agnouit, vel fidelis, illumque agnoscentis, qui illum operibus non est prosequutus. Oculos animarum indices, per quos homines clementiam, misericordiam, cæterosque animi affectus, & passionem clarius, quam per signum aliud exprimunt dixit optimè Ficinus, lib. 6. de Reg. cap. 10. Sed amplius eos

Glos.

Ficinus.

Lucerna  
corporis  
oculus est.

D. Chrysof.  
Matth. 6.

Prælatorū  
quales oculi  
contenebra-  
ti.

Sapientia  
cum stulti-  
tiacollatio.

etiam morum indices dixerat De mosthenes, & Chri-  
stus Dominus. Luc. 11. *Lucerna, dixit, corporis tui est*  
*oculus tuus.* Merito ergo Ieremias miseriam, & luctū,  
in quē ob peccata deuenerat populus idolatra per ob-  
tenebrationem oculorum explicuit; est enim omnium  
membrorū lucerna oculus, ut dixit D. Chryf. hom. 55.  
in Ioan. Et Christus Dominus. Math. 6. *Postquam di-*  
*xit oculum lucernā corporis, mox intulit. Si oculus tuus*  
 *fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit, si autem*  
*oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebro-*  
*sum erit, si autem lumen, quod in te est tenebra sunt, ipsæ*  
*tenebra, quante erunt?* quasi dicat. Si Ecclesiæ oculi (sic  
multi explicant) nam Episcopi Græce superintenden-  
tes, & speculantes dicuntur, si ergo isti, qui lumē sunt,  
& lux aliorum super candelabrum, & in alto positi  
tenebræ fuerint, quid de alijs sentiendum? Idcirco er-  
go contenebrati sunt oculi, Principes scilicet, & Se-  
niores Iudæorum, quia montē Sion Christum D. dum  
disperijt per mortem, non cognouerunt. *Sapientis oculi*  
(dixit Eccles. cap. 2.) *in capite eius.* Vbi scilicet ratio  
est, stulti autem in tenebris; rationē autem præceden-  
tium optimē diuina Sapientia explicuit, dicēs: *Et vi-*  
*di, quod tantum præcederet sapiētia stultitiam, sicut dif-*  
*fert lux à tenebris;* seu ut legunt Pagnin. & Vatabl.  
*Uultor est sapientia, quam stultitia, sicut nobilis lux quā*  
*tenebra,* aut sicut legunt Septuaginta. *Nimis abundat*  
*lux super tenebras,* semper eadem similitudine sapien-  
tes, & recti per lucem, improbi verò, & stulti per tene-  
bras designantur, & oculos obcæcos, hic est oculorū  
in cæteras corporis partes principatus. Quid quæso

aliud

**A** aliud Christus Dominus Petro neganti. Luc. 22. dixit. Nisi quod oculos in illum conuertit. *Respexit Dominus ad Petrum*, quid de Petro dixit: *Nisi quod fleuit amare*, cognouit oculis admonendum Petrum, cognouit Petrus ab oculis in conuersione incipiendum: legimus, quod fleuerit, sed non quod dixerit, & forte vt Grissorius in. 4. c. cant. vers. 1. Quando postea Petrus interrogatus fuit. Ioan. 21. an Christum amaret, respondens: Tu scis Domine quia amo te, ad hunc fletum allusit, quasi diceret; tu scis quod ego oculis dixi, qui sunt veri a nimirum indices, & quod lachrymis attestatus sum, quæ sunt amatiu loquellæ, amoris erga te mei præstantiæ.

**B** Eandem ob causam ob cordis simplicitatē, operūq; reatitudinem sponsa specialiter commendatur ex oculorū pulchritudine, vt notauit Titel Magnus. 2. Cant. quod scilicet oculos habeat non vulpinos, sed columbinos, quib⁹ quid significatur, videmus ex Christo D. Marc. 7. *Stote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe.* Tandem, non ob aliam rationem per oculos semper apertos vitam, per clausos mortem geroglyphicè descripserunt Ægyptij sacerdotes, nam qui in tenebris versatur, qui obtenebratos habet oculos, in morte iacet, visu carenti dixit elegāter Seneca. Magna pars veri latet, nihil ergo acrius, aut crudelius dici possit de miseris captiuis apud Chaldæos, aut Romanos, quam quod obtenebratos haberent oculos, nihil de Christiano homine adeo læuum dici potest, atque si oculos mentis oboccatos habeat per peccatum, ne veritatis lumē videat, hic planè verè mortuus est, vereq; cum miseris, ac stultis computatur.

Luc. 22.  
D. Petrus à  
Christo D.  
admonitus.

Amor ex  
oculis pro-  
batus.

Oculi sim-  
plicitatis  
indices.

Oculi clausi  
& aperti  
quid refe-  
rant.  
Seneca.

## VERSUS XIX.

*Tu autem Domine in aeternum permanebis, solium  
tuum in generationem, & generationem.*

## VERSUS XX.

*Quare in perpetuum obliuisceris nostri, derelinquis  
nos in longitudine dierum?*

Septuag.

Pagnin.

Vatabl.



**SEPTUAGINTA.** *Tu autem Domine in aeternū habitabis, thronus tuus, &c. Quare in victoria obliuisceris nostri, siue in finem, vt alij Hæbr. apud Pagnin. Tu Domine in seculum permanebis. Vatablus*

*Tu Iehouah, vt quid in perpetuum obliuisceris nostri: ceteri similiter vertunt: Chald. Tu ipse Domine in aeternum est domus habitationis tuae in caelis excelsis, solium gloria tuae in generationes generationum, quare in aeternum expellis nos, relinquis nos in longitudine dierum: nihil noui, aut dissimile in alijs versionibus.*

Pott lachrymas, & luctum tandem diuinam stabilitatem, ac permanentiam commendat Ieremias accepta occasione, ex nimia vexatione, quam patiebantur captiui, quamque Deus multo ante per Prophetas praedixerat, *Tu autem*, quasi dicat: Hierusalem desolata est, & destructa, templum penitus euersum, sicut tu

promiseras

- A** promiseras per Prophetas, tu autem solus permanes, sed quomodo dicit *Solum tuum*, seu vt Septuaginta, *Thronus tuus*, vel vt Paraphrastes Chald. *Domus habitationis tuae in generationem, & generationem*, per quæ proculdubio templum intelligitur. Fortè allusit Propheta, vt vult Hugo, ad locum Paralip. 32. vbi Deus dixit: *Elegi, & sanctificauì locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum, & permancant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus*. Pro solutione ergo primū occurrit Prophetam locutum de deuastatione, & captiuitate Babylonica, à qua iterum extrahendi, & liberandi erant; non placet tamen responsio, tum quia credibilius est Prophetam etiam Romanam captiuitatem deplorare, à qua nunquam liberabuntur, vt supra diximus, tum quia templum, siue domus Dei etiam secundo ædificata non permansit. Vnde planior sensus erit templum, ac domus tua ædificata in mōte Sion perijt; tu vero permanes, & solium tuum, siue thronus tuus permanebit. Per *Thronum Dei, & solium*, multa possunt intelligi, quæ latè adducit idem Hugo, & in primis cælum. Psalm. 102. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius, Dominus in cælo parauit sedem suam*. Et Psalm. 44. *Sedes tua Deus in seculum seculi*. Et 3. Reg. 8. Rex sapiens dicebat. *Cælum, & calicælorum te capere non possunt, quanto magis domus hac*, item cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum, vnde Isaia. 6. dicitur: *Cælum mihi sedes est*. Itaque sicut, & templum, ita, & cælum dicitur sedes Dei; vnde rectè euerso templo dicitur: *Solum tuum permanet*.

Septuag.

Paral. 32.  
Dubitatio.

Solutio.

Reijcitur.

Solutur.

Psalm. 102.

Psalm. 44.

3. Reg. 8.

Isai. 6.

*Cruce solium  
Christi D.  
Apocal. 5.*

*D. Ambros.  
Arethas.  
Haymo.  
Christus D.  
non occisus  
sed tanquam  
occisus, quo  
modo.*

*3. Reg. 10.*

*Beatissima  
Virgo Thro-  
nus Christi  
D. est.*

Iuxta supracitaram allegoriam de Christo optima est expositio Hugonis, ita vt solium, siue thronus eius sit crux. Apocal. 5. *Vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum*, qui locus aperte intelligitur de Christo in crucem acto, vbi obiter expende tanto gaudio Christum mortem obijisse, vt Crux reputetur eius thronus. Notant etiam D. Ambros. Arethas Haymo nō dici Christum ibi occisum simpliciter, sed tanquam occisum, qui enim tam brevi ad vitam redditurus erat non occisus, sed quasi occisus reputatur, sed tamen adhuc ibi cum cicatricibus, & crucis insignijs visus dicitur in throno, nam solium istud ligni à quo Deus regnavit permanet à generatione in generationem.

Dicitur etiam Beata Virgo solium, & thronus Dei ille scilicet thronus de quo. 3. Reg. 10. dicitur, quod, *Thronum fecit sibi Rex Salomon de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis qui habebat sex gradus; & quanquam Rabbanus moraliter Ecclesiam intelligat per huiusmodi thronum habentem sex gradus, quā Deus in opificio mundi tanquam peculiarem sedem gloriæ suæ fabricauit; benè tamen Lyranus B. Virginē dicit, in cuius gremio Christus sedit, tanquam in throno nobilissimo recipiēs trium Regum homagia, de ebore, ratione puritatis, auro vestitum, ratione feruentissimæ charitatis, sex deinde gradus, & cætera, quæ thronus habebat ostendunt in throno descriptam Beatam Virginem cum D. Bernard. super Euang. Missus.*

*Quare in perpetuum.* Si hoc referatur ad captiuitatē Babyonicam loquitur humano more, inquit Hugo, &

**A** Gylbertus: sicut homo anxius de re, quam exoptat nimis, quasi dicat, & si nos liberaturus sis, tamen nobis videtur præ nimio dolore diu perdurare miseriam, qua nunc vexamur, & quod perpetuo detinebimur in hac captiuitate obliti, & derelicti à te; si autem refectatur ad captiuitatem sub Romanis rectè dicitur, *in perpetuum*, in rigore vocis. Quomodo autem hoc intelligatur de anima iusti, & de ipsa Ecclesia militante, & triumphante, quæ solium est Dei explicat Carth. ad hunc locum, nam in corde iusti tanquam in solio requiescit sapientia.

Thronus  
Dei anima  
iusti.

Sapientia  
sedes qua.

**B** Oblinisceris nostri, quomodo de Deo dicatur obliuio diximus initio primi versus; nihil enim aliud est, quam Deum permittere, vt peccator permaneat in supplicio, ipsumque non liberare à præsentī miseria, sicq; Deus peccatricem per Oseam. cap. 4. alloquitur. *Oblita es legis Daturū, obliniscer filiorum tuorum, & ego.* Item Hierem. 5. *Sicut dereliquistis me, & seruiistis Deo alieno in terra vestra, ita seruietis alienis in terra non vestra.*

Oseas. c. 4.

Ierem. 5.

**C** In longitudine dierum, per longissimum tempus, si de captiuitate Babylonica intelligatur, vel vsque ad consumationem sæculi, si de Romana. Septuaginta, pro *in perpetuum*, habent, *in victoriam*, tuncque sensus erit, non est tibi victoria, quod nos in miserijs diu derelinquas. Ita D. Gregor. 1. Reg. 14. Præclara quidem victoria non est fugientes insequi, sed resistentes effugare, magnanimiq; est subiectis parcere, sed tamen illud, *in victoriam*, idem est atque *in finem*, siue, *in perpetuum*, Hebr. enim vox ita sonat.

D. Greg.

Sed

Isai. 54.  
& 52.

Sed tamen notabis quomocunque præsens supplicium sumatur, huius vitæ miseriæ breues sunt, vt initio diximus ex Isaiâ 54. *Ad punctum in modicum dereliqui te.* Et per eundem. cap. 52. *Non vocaberis ultra derelicta.* Postquam ergo Israel constitutus est in supplicio, expertusque pœnam peccati, tunc ad recognitionem veri Dei conuertitur, illumque in humilitate, & pœnitentia alloquitur.

## VERSVS XXI.

*Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, in noua dies nostros, sicut à principio.*

## VERSVS XXII.

*Sed projiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.*

Septuag.



SEPTUAGINTA apud Montanum legunt: *Renoua dies nostros, sicut ante. Quid repellens repulisti nos iratus es contra nos, vsq; valde, leu, vsq; nimis;* Hæbr. apud Pagnin. *In noua dies nostros, sicut ab initio, sed reprobando reprobasti nos;* hæc repetitio vocis hæbraysmus est, quo certitudo denotatur, sicut sæpe dicitur, *faciendo faciet, idest, sine dubio faciet;* sicque



**A** hoc loco, *reprobando reprobasti*, id est certè, & sine dubitatione reprobasti.

*Iratus es contra nos vehementissimè.* Legunt Pagn. & Vatabl. Chaldaeus legit deinceps. *Et conuertemur ad penitentiam perfectam, innouabis nostros dies in bonum iuxta tempus dierum bonorum, qui fuerunt ab initio, quauis detestatione detestatus sis nos.* Eadem repetitio est, *iratus es contra nos plus satis*; nam illud, *vehementissime*, quod legit Pagnin.

Hebræorum more per duplicatum aduerbium exponitur, sicut verterunt Septuaginta: *Vsq; nimis, usq; valde.* Carent enim proprijs superlatiuis, quorum loco duplicato aduerbio vtuntur, sicut, & in comparatiuis, quæ non habent ea suppleant per affixam præpositionem, *pra.* Cant. 1. ex Hebræo ad verbum: *Boni amores tui pra vino, id est, meliores vino.*

Hic vltimus versus desideratur in hebræis codicibus, quia tamen sententia pendens videbatur, additus est latinis codicibus, vt enim mos est hebræorum ad absoluendam sententiam repeti debet versus præcedens, cui consonat hic postremus, nunquam enim Deus amplius contra peccatores irascitur, quam dum

illos in longitudinem dierum derelin-

quit, sed de hoc melius in annota-

tione tropologica.

(\*)

\*

\*

\*

ANNO TA-

Pagnin. &  
Vatabl.

Septuag.

Cant. 1.

## ADNOTATIO VNICA.

*Pro morum compositione, quomodo Deus saepe peccatorem per pœna animaduersionem conuertat ad se, & à peccato auertat.*

**I**N angustijs, & sub misera seruitutis sorte constituta Hierosolyma diuinum implorat auxilium, seu illius loco Hieremias, veramque animi cõuersionem à Deo exposcit cognoscens plane nos non posse ad ipsum conuerti, nisi ipse nos cõuertat, sicut etiam Christus docuit. Ioannis. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum.* Tractione vtique suauis, & efficaci, quæ sic voluntatem regit, sic intellectum præuenit, vt illustratus intelligat, & voluntas libere consentiat, & nunquam dissentiat; ex quo trahedi modo miram colligit P. August. gratiæ diuinæ commendationem, & inuestigabilem diuinæ motionis ordinem, & efficaciam, dicens: *Nemo venit, nisi tractus, & quem trahat, & quæ non trahat noli velle iudicare, si non vis errare, semel accipe, & intellige, non trahens fac, vt traharis, & nolite cogitare inuitum trahi, trahitur animus, & amore.* Quo nihil accomodatius dici potuit ad inculcandam, & diuinæ tractionis suauitatem, & liberum nostri arbitrij consensum, sine quo nullus trahitur, & qui sine diuinæ motionis tractione nullum trahit: sic idem Vates noster Hierem. cap. 31. Dominum exorabat, dicens: *Conuerte me Domine, & conuertar, quia tu Domine*

*Ioan. 6.*

*P. August.  
Cõmendatio magna gratiæ.*

*Hierem.  
cap. 31.*

**A** *Deus meus. Sic, & Regius Vates. Psal. 88. Conuerte, dixit, nos Deus salutaris noster, &c. Si quando vero Deus non admonet, vt ad eum conuertamur, sicut Zachar. 1. cap. inquit. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Id sic est intelligendum, vt nos cōuerti ad Deum dicamur, quando diuinis auxilijs libere consentimus, gratiamque, & inspirationem Dei recipimus, cum ipsam abijcere possimus, per quam receptionem, & consensum cum gratia diuina ad ipsam, quantum est ex parte nostra disponimur; sic Sponsa. Cant. 1. Sponsum diuinum alloquuta, dixit: *Traheme post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Vbi, vt notauit Sot. Mai. hebræum verbum cum æque significet ducere, atque trahere, melius tamen per *trahere*, significatur trahētis potentia; sicque sensus est trahe me, duc, & adiua, sicque ipsa, tanquam herculano tacta lapide cum alijs, quas virtute tua tradam sodales adolescentulas currā post te: sic & noster Hieremias in simili dixit: *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.**

**C** Expende autem veram ad Deum conuersionem exposcere auersionem à creatura, sicut enim peccatū, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 6. ad 1. Et includit auersionem à summo bono, & conuersionem ad bonum commutabile, & qui peccat à Deo se auertit, & ad creaturam cōuertitur, ita, & qui de peccato resipiscitur per veram animi sui contritionem, auertitur à peccato, & conuertitur ad Deum, seu potius reuertitur ad Deum, à quo per peccatum recesserat: vnde optime notauit Pinto hoc loco hebræam radicem *scub* æque bene significare conuerrere, & reuertere, sicut enim Psal. 22.

Psal. 88.

Zach. 1. c.

Cant. 1.

Sot. Maior

D. Tho.

Pinto.

.88.147

Cant. 6.

.1.1.1.1.1.

D. Tho.

Oseam. 2.

.1.1.1.1.1.

Psal. 72.

Exod. 4.

Isai. 1. 6.

Psal. 31.

dam dicitur. *Animam meam conuertit.* Idem verbum habetur, ita & Cant. 6. dum dicitur: *Reuertere reuertere sursum mihi.* Et Genes. Dum de coruo dicitur, quod non reuertebatur, idem verbum apponitur, & merito, is enim reuertitur, qui relicta posteriori via ad primam redit cum ergo principalis ratio peccati ( vt inquit D. Tho. 1. 2. q. 37. art. 3. ad 2. in auersione a Deo consistat, recte per reuersionem ad ipsum peccatoris conuersio explicari potest. Locus optimus est ille apud Oseam. c. 2. vbi mulier illa adultera, quæ relicto viro suo post amafios abierat, tandem ad se reuersa dixit: *Vadam ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc.* Verba plane sunt dolentis animæ, quæ per peccatum a Deo recesserat, & in longinquum abierat tendens in proprium exitium, qui enim se elongant a Deo peribunt. Psal. 72. Hoc autem interest inter iustum, & impium, quod impius diuino supplicio induratur sicut Pharaon. Exod. 4. de quo conqueritur Propheta Ierem. cap. 5. dicens: *Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti.* Vnde ad hoc hominum genus inquit Dominus per Isai. cap. 1. *Super quo percutiam vos vltra.* At iustus sub ipso Dei flagello constitutus sperat in Deo, quoniam ipse est, qui vulnerat, & sanat. Vnde P. August. in ea verba Psal. 21. *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies,* inquit: Non est exauditus, vt intelligat homo medicum esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non poenam ad damnationem. *Conuersus sum ( fateatur Regius vates ) in arumna mea dum configitur spina.*

Et

**A** Et quanquam Genebrard. aliter exponat, quod volutatus sum in meis arumnis, dum me pungit animæ aculeus, tamen cōmunis intelligentia, vt ille fatetur, est, respici per hanc animi vexationem, dum peccati aculeus me continenter pungit, nec incongrua est cum radice *aphad*, huiusmodi interpretatio.

**B** Qui autem induratur, & non conuertitur dicit in sequentibus: Tu repulisti nos in lōgitudinem dierum. Sic loquens Isai. cap. 8. de deuastatione ab Assyrijs & Egyptijs inferenda sub ænigmate dixit: *Erunt super eum volucres cœli æstate perpetua, & omnes bestia terra super illum hyemabunt*: Vbi cōmunis expositio interpretum, vt videri potest apud Forer. loco citato per *Æstatem perpetuam*, quadraginta annos intelligit, post quos soluenda erat captiuitas, notant autem ibi numerum annorum apponi, ne desperent, quasi nunquam liberandi, sicut accidit ijs, qui non in creatore, sed in creatura sperāt, nam pars, iusti Dominus dixit anima iusti. Thren. 3. propterea expectabo eum, bonus est sperantibus in illum, animæ quæretī illum, at qui in creatura sperant tandem dicunt. Hierem. 8. *Transijt mœsis, audiuntque cum fatuis virginibus, Clausa est ianua.*

**C** Notat vero D. Hiero. hæc esse verba populi à Chaldaïs obfessi, qui transactō anni circulo non liberabantur, sicut falso prædixerant pseudo prophetæ, sola enim spes in Deo posita infirmari nequit, nec hominum è manibus labi, & euanescere. Vide de hoc Chrysoft.

lib. 1. de prouidentia Dei, vbi pulchre expendit Abrahami spem in ipsa filij immolatione Isacci.

Isai. 8.

Thren. 3.

Hierem.

D. Hiero.

Chrysoft.

Et hæc quæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cor-  
 rectioni, sicut, & cætera nostra subji-  
 cimus, ad laudem Sanctissimæ Triadis  
 Vnigenitiq; Dei Filij Christi D.  
 Dei, & hominis, Deiparæq;  
 Virginis dicta suffi-  
 ciant.



# INDEX LOCORVM

## SACRÆ SCRIPTVRÆ,

quæ in hoc Commentario in  
Orationem Hieremiæ  
continentur.

*Numerus Paginam. Lit. lineam  
designat.*

### EX GENESI.

<b>C</b> A P. 1. Producat terra herbam virentem.	105. A
v. 1. Immisit Deus soporem in Adam.	47. A
v. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo.	65. A
Ibidem. Spinæ, & tribulos germinabit tibi.	14. B
Ibidem In dolore paries.	142. C
Ibidem Fecit illis tunicas pelliceas.	146. B
Cap. 4. Nunquid ego custos sum fratris mei?	137. B
Cap. 9. Maledictus puer Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis.	94. A
Cap. 12. Tulit q̄s Abraham omnem substantiam, quam possederat, & animas quas fecerat in Haran.	105. A
Cap. 22. Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & offer illum mihi in holocaustum.	72. C

Index locorum Sacrae Scripturae.

- Cap. 24. Da mihi animas, cetera tolle tibi. 108. A
- Cap. 25. Duæ gentes in utero uno, & duo populi  
ex ventre tuo diuidentur, & maior seruiet mi-  
nori. &c. Populusque populum superauit. 30. C
- Cap. 26. Ne descendas in Ægyptum. 79. A
- Cap. 30. Param ne tibi uideatur quod praeperueris  
maritum mihi. &c. 31. B
- Ibidem. Recordatus, quoque Dominus Rache-  
lis. 4. A
- Cap. 48. Mihi enim quando ueniebam de Me-  
sopotamia mortua est Rachel in terra Cha-  
naan. &c. 33. C

E X O D I.

- Cap. 1. Omnes anima, quæ egressa sunt de femore  
Iacob. 108. A
- Cap. 3. Qui est, misit me ad vos. 12. C. 13. A
- Cap. 4. Filius meus primogenitus Israël. 98. B
- Cap. 6. Recordatus est Dominus pacti, quod pepige-  
rat cum Abraham. 4. C
- Cap. 11. A primogenito Pharaonis, qui sedet in  
solio eius usque ad primogenitum ancille, qui est  
ad molam. 114. C
- Cap. 12. Assumet vicinum suum, qui coniunctus est  
domui suæ. 108. A
- Cap. 20. Fortis, & zelotes uisitans iniquitatem  
patrum in filios in tertiam, & quartam genera-  
tionem. &c. 87. B. 88. C
- Cap. 34. Domine Deus misericors, & clemens. 17. B



LEVITICI.

- Cap. 19. Coram cano capite consurge, & honora  
personam senis. 127. A
- Cap. 26. Si ambulaueris ex aduerso mihi, ego quoq;  
contra vos aduersus incedam. &c. 79. C

NUMERI.

- Cap. 22. Ita delebit hic populus omnes, qui in no-  
stris finibus commorantur, quomodo solet bos  
herbas usq; ad radices carpere. 66. B
- Cap. 23. Moriatur anima mea morte iustorum. 110. A
- Cap. 24. Fluent aqua de scitula eius, & semen il-  
lius erit in aquas multas. 54. C. 55. A
- Cap. 25. Phinees filius Eleazari auertit iram meam  
à filiis Israel. &c. 121. B
- Cap. 28. Tolle Iosue filium Nun virum, in quo est  
spiritus Dei, & pone manum tuam super eum,  
& dabis ei precepta. &c. 10. C
- Cap. 32. Terra, quam percussit Dominus in conspe-  
ctu filiorum Israel, regio uberrima est ad pastu  
animalium, & nos serui tui habemus iumenta  
plurima, &c. 65. B

EX DEUTERONOMIO.

- Cap. 2. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis;  
aquam emptam haurietis, & bibetis. 60. B

Index locorum Sacræ Scripturæ.

- Cap. 16. *Iudices, & magistros constitues in omnibus partibus tuis.* 132. A
- Cap. 17. *Et iudicium intra portas tuas videris.*  
*ibidem.*
- Cap. 21. *Quia humiliasti eam.* 111. B
- Ibidem, Vxorem accipies, & alius dormiet cum ea.* 112. A
- Cap. 24. *Non morientur patres pro filijs, nec filij morientur pro patribus, sed unusquisq; in peccato suo morietur.* 87. C
- Cap. 28. *Si audieris vocem Domini Dei tui, &c. si autem nolueris audire, &c.* 77. B
- Ibidem. Disperget te Dominus in omnes populos, &c. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pavidum, & deficientes oculos, & animam consumptam merore, &c.* 144. A
- Cap. 32. *Nunquid non est pater tuus, qui fecit te, & possedit te, & creavit te?* 39. A
- Ibidem. Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus.* 49. C

I O S V E.

- Cap. 5. *Hodie abstuli opprobrium Egypti à vobis.* 29. A
- Cap. 10. *Sol ne mouearis contra Gabaon.* 42. C

I V D I C V M.

- Capite. 12. *Posui animam meam in manibus meis.* 108. C

Index locorum Sacrae Scripturae.

Cap. 19. Habeo filiam virginem, & hic homo habet  
concupinam adducam eas ad vos, ut humilietis  
eas, & vestram libidinem compleatis. &c. 111. C

I. R E G V M.

Cap. 2. Sublimavit cornu Christi sui. 133. C

Cap. 2. Erat autem peccatum puerorum grande. 135. A

Cap. 4. Cumq; illa nominasset arcam Dei. &c. 145. A

Cap. 7. Liberavit nos de manu Phylistijm. 100. C

Cap. 17. Visitabis fratres tuos, si recte agant, & cum  
quibus ordinati sint disces. 84. A

Cap. 19. posuit animam suam in manibus suis, &  
percutit Phylistaeum. 109. A

2. Reg. 1. Super Saul flete, qui vertebat vos coccino  
in delicijs &c. 139. A

2. Reg. 12. Eo quod tuleris uxorem Vria, ut esset  
uxor tua. 121. A

3. Reg. 2. Dij montium sunt diij eorum, ideo supe-  
rauerunt nos. &c. 43. B

3. Reg. 8. Caelum, & caeli caelorum te capere non pos-  
sunt, quanto magis domus hac. 151. C

Cap. 10. Tronum fecit sibi Rex Salomon de ebore  
grandem, & vestiuit eum auro fulgo nimis, qui  
habebat sex gradus. &c. 152. B

Cap. 14. Ecce ego inducam mala super domum Ie-  
roboam, & percutiam mingentem ad parietem,  
& clausum, & nouissimum. 80. A

4. Reg. 5. Nunquid non meliores sunt Abana, &  
Pharphar fluij Damasci omnibus aquis Israe!,

Index locorum Sacrae Scripturae.

- ut lauer in eis, & munder.* 62. A  
 2. Paralipomenon. 7. *Elegi, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi curtis diebus.* 151. A  
 Cap. 20. *Quia habuisti fedus cum Ochozia percussit Dominus opera tua, contritaeque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.* 83. A  
 Tobia. 14. *Accessit ergo Tobias ex Ninive cum uxore sua. &c.* 128. B

I O B.

- Iobi. 5. *Ladetur, quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi olina proiciens florem suum.* 92. A  
 Cap. 9. *Pelli mea consumptis carnibus adhaesit os meum. &c.* 105. C  
 Cap. 13. *Animam meam porto in manibus meis.* 108. B  
 Cap. 19. *Spolianit me gloria mea.* 134. A  
 Cap. 29. *Oculus fui caco. &c.* 140. B  
 Cap. 30. *Frater fui draconum, & socius Strathionum.* 81. C  
 Cap. 31. *Scortum alterius sit uxor mea, & super illam incuruentur alij.* 115. B  
 Cap. 40. *Nunquid fetiet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum.*

E X P S A L M I S.

- Psal. 7. *Persequatur inimicus animam meam.* 107. B  
 Psal. 9. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* 41. B  
 Psal. 12. *Usque quo Domine obliuisceris me in finem.* 4. C  
 Psal. 17. *In auditu auris obediuit mihi.* 30. B

Index locorum Sacræ Scripturæ.

<i>Filij alieni mentiti sunt mihi.</i>	135.C
<i>Pfal. 20. Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui.</i>	106.A
<i>Pf. 21. Erue à framea Deus animam meam. &amp;c.</i>	107.A
<i>Pf. 22. Super aquam refectiois educauit me. &amp;c.</i>	56.C
<i>Pf. 36. Mox, ut honorificati, &amp; exaltati. &amp;c.</i>	92.A
<i>Pf. 38. Et dolor meus renouatus est.</i>	142.C
<i>Pf. 41. Vni est Deus tuus.</i>	21.B
<i>Pf. 44. Sedes tua Deus in seculum seculi.</i>	151.C
<i>Pf. 45. Sonuerunt, &amp; turbata sunt aquæ eorū. &amp;c.</i>	58.B
<i>Pf. 48. Et reliquerunt alienis diuitias suas.</i>	48.B
<i>Pf. 50. Tibi soli peccaui.</i>	50.A
<i>Pf. 70. Constitue me in caput gentium.</i>	29.C
<i>Pf. 77. Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum. &amp;c.</i>	80.A
<i>Pf. 78. Intrauerunt aqua vsq; ad animam meam.</i>	58.B
<i>Pf. 88. Conuerte nos Deus salutaris noster.</i>	157.A
<i>Pf. 116. Non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.</i>	132.A
<i>Pf. 118. Anima mea in manibus meis semper.</i>	108.C
<i>Super senes intellexi.</i>	129.B
<i>Pf. 143. Tange montes, &amp; fumigabunt.</i>	44.A
<i>Pf. 146. Qui producit fenum in montibus.</i>	44.A
<i>Pf. 150. Laudate Dominum in tympano, &amp; choro.</i>	133.A

EX PROVERB.

<i>Cap. 5. Iniquitates sua capiunt impium, &amp; funibus peccatorum suorum constringitur.</i>	93.A
<i>Cap. 12. Meris in corde viri humiliabit illum.</i>	147.B
<i>Cap. 14. In omni opere bono erit abundantia, vbi autem verba plurima, sibi egestas.</i>	72.A
<i>Cap. 17. Seruus sapiens dominabitur filijs stultis.</i>	99.C

Index locorum Sacrae Scripturae.

- Cap. 19. *Feneratur Domino, qui miseretur pauperi,  
& uicissitudinem suam reddet ei.* 78. A
- Cap. 30. *Per tria mouetur terra, & quartum, quod  
non potest sustineri, per seruum, cum regnauerit.* 96. B
- Suauis est homini panis mendacij, & postea im-  
plebitur os eius calculo.* 124. C
- Sapient. Cap. 1. *Os, quod metitur occidit animam.* 110. C
- Cap. 4. *Senectus enim uenerabilis est, non diuturna.*  
&c. 128. B
- Ecclesiastici, Cap. 6. *Vir, cui dedit Dominus diui-  
tias, & substantiam, & honorem, & nihil deest  
anima sua, &c. Sed homo extraneus deuorabit  
illud.* &c. 27. B
- Cap. 10. *Seruo sensato liberi seruiunt.* 100. A
- Cap. 35. *Non despiciet preces pupilli, nec induas, si  
effundant loquellam gemitus.* 40. B
- E X I S A I A.
- Cap. 1. *Filios genui, & exaltaui, ipsi autem spreue-  
runt me.* &c. 98. C
- Terra uestra deserta ciuitates uestra succense sunt  
igni.* 34. B
- Ibid. Blasphemauerunt sanctum Israël, alienati  
sunt retrorsum.* 35. B
- Ibid. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis.* &c. 57. B
- Ibid. Super quo percutiam uos ultra.* 153. C
- Cap. 2. *Venite ascendamus in montem Domini, &  
in domum Dei.* &c. 34. C
- Cap. 4. *Filius meus primogenitus Israël, sed facti  
sunt ueluti non habentes patrem.* 38. B
- Cap. 6. *Caelum mihi sedes est.* 151. C

Index locorum Sacrae Scripturae.

- Cap. 8. Erunt super eum volucres cali astate perpetua. &c. 159. A
- Cap. 13. Uxores eorum in oculis eorum violabuntur. 119. C
- Cap. 17. Propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis. 32. C
- Cap. 19. Hereditas mea Israel. 29. A
- Cap. 25. Posuisti ciuitatem in tumultum, urbem forte in ruinam, domum alienorum, ut non sit ciuitas. 37. A
- Cap. 30. Dabit vobis Dominus panem arctum. &c. 58. A
- Cap. 33. Vere langores nostros ipse tulit. 85. A
- Cap. 34. Victimam Domini in Busra, & interfectio magna in terra Edom. 16. B
- Cap. 43. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor, reduc me in memoriam. 10. A
- Cum transferis per aquas tecum ero, & flumina non operient te. 59. C
- Cap. 48. De aquis Iuda existis. 55. B
- C. 49. Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum? 6. A
- C. 50. Inducam calos tenebris, & ponam saccum in tegumentum eorum. 140. B
- C. 52. Non vocaberis ultra derelicta. 154. A
- Cap. 54. Ad punctum in modicum dereliqui te. ibidem.
- Cap. 65. Ecce ego, Ecce ego ad gentem, qua non vocabat nomen meum. 30. B
- Centum annorum morietur puer, & peccator centum annorum maledictus erit. 128. C
- Ex Hieremia Cap. 2. Nunquid seruus est Israel? 97. A
- Cap. 5. Sicut dereliquisti me, & seruiisti Deo alieno in terra vestra, ita seruietis alienis in

Index locorum Sacrae Scripturae.

- terra non vestra. 153. B
- Cap. 7. *Va nobis, quia declinavit iam dies, quia longiores facta sunt umbra vespere.* 81. A
- Ibid. *Filij colligunt ligna, & patres succedunt igni.* 123. A
- Cap. 8. *Transijt messis.* 159. C
- Cap. 10. *Corripe me Domine, verum in iudicio, non in furore.* 15. B
- Cap. 12. *Congrega eos, quasi gregem ad victimam.* 16. B
- Cap. 14. *Noli orare pro populo in bonum.* 120. B
- Cap. 30. *Te autem non faciam in consummationem, sed castigabo in iudicio.* 15. C. 16. A
- Cap. 31. *Conuerte me Domine, & conuertar, quia tu Domine Deus meus.* 156. C. 157. A
- Cap. 51. *Quomodo fecit Babylon, ut caderent occisi in Israel, sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra.* 67. A
- Thren. 1. *Deduc, quasi torrentem lachrymas.* 47. C
- Cap. 3. *Propterea expectabo eum, bonus est sperantibus in illum.* 159. B
- Ibid. *Percussisti, nec misertus es.* 16. C
- C. 4. *Maior effecta est iniquitas filia populi mei, &c.* 136. B
- Baruc. 4. *Sicut fuit sensus vester, ut erraretis a Deo, decies tantum iterum reuertentes requiretis eum.* 123. B
- Cap. 4. *Adduxit super eos gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius lingua, qua non sunt reuerita senem.* 12. C. 128. A
- Ezechiel. cap. 4. *Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter gentes &c.* 57. C
- Cap. 8. *Anima, qua peccauerit, ipsa morietur.* 109. C
- C. 13. *quasi vulpes in deserto propheta tui Israel erunt.* 141. B



Index locorum Sacrae Scripturae.

- Cap. 17. Qui humiliavit lignum sublime, & exal-  
tauit lignum humile, siccauit lignum viride, &  
frondere fecit lignum aridum. 66. B
- Cap. 18. Patres comederunt unam acerbam, & den-  
tes filiorum obstupescunt. 85. C
- Cap. 20. Leuavi manū meā pro stirpe domus Iacob. 76. A
- Cap. 21. Aufer cidarim, tolle coronam. 131. C
- Cap. 47. Et conuerti me ad portam domus, & ecce  
egrediebantur. & c. 56. B
- Dan. 13. cap. Egredia est iniquitas de Babylone à se-  
nioribus iudicib<sup>9</sup>, qui videbātur regere populū. 129. A
- Oseas. Cap. 1. Et peperit ei filium. 82. B
- Indicite matrem vestram, indicite, quoniam ipsa  
non uxor mea, & ego non vir eius. 39. B
- Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi. 76. B
- Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia  
bene mihi erat tunc magis, quam nunc. 49. B
- Et canet ibi iuxta dies iuuentutis sua, & iuxta  
diem ascensionis de terra Egypti. 78. C
- Cap. 4. Visitabo super eum vias eius, & cogitationes  
illius reddam ei. 79. B
- Ibid. Oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum  
tuorum, & ego. 153. B
- C. 8. Veritatem diues effect<sup>9</sup> sum, inueni idolū mihi. 124. B
- C. 11. Sicut leo rugiet, & formidabunt filij aquarū. 58. B
- Ex Egypto vocauit filium meum primogenitum. 96. A
- Ioel. 2. c. Parce Domine, parce populo tuo, & ne des  
hereditatem tuam in opprobrium. 37. A
- Ioel. c. 2. Effuadam spiritum meum super omnē car-  
nē, & c. sed, & super seruos meos, & ancillas, & c. 95. B

Index locorum Sacræ Scripturæ.

- Amos. Cap. 5. *Constituite in porta iudicium.* 132. B  
 Cap. 6. *Iurauit Dominus in anima sua.* 107. C  
 Cap. 7. *Ecce Dominus stans super murum litum, &  
 in manu eius trulla camentarij.* 9. B  
 Cap. 8. *Conuertam festiuitates vestras in luctum.* 133. B  
 Ion. 2. Cap. 2. *Circundederunt me aquæ vsq; ad  
 animam meam, abyssus vallauit me.* 59. B  
 Micheas. 1. Cap. *Mulieres populi mei cieistis. &c.* 118. A  
 Cap. 7. *Lingent puluerem, sicut serpentes, & velut  
 reptilia terræ perturbabuntur à domibus suis,  
 dominum Deum nostrum desiderabunt.* 8. C  
 Nahum. 2. Cap. *Porta fluuiorum aperta sunt, &  
 templum ad solum dirutum.* 143. C  
 Zachar. 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar  
 ad vos.* 157. A  
 Zachar. 13. *Erit fons patens domui Dauid, & ha-  
 bitantibus Hierusalem.* 57. A  
 1. Machab. 11. *Sedit Demetrius Rex in sede Reg-  
 ni sui, &c. Et alienauit se à Ionatha.* 35. A  
 Ex Matthæo. Cap. 4. *Accedens tentator &c.* 64. B. C  
 Cap. 6. *Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus  
 tuum lucidum erit.* 148. A  
 C. 8. *Descendēs Iesus de mōte stetit in loco cāpestri.* 42. A  
 Cap. 8. *Filij autē Regni mittentur in tenebras ex-  
 teriores.* 35. C  
 Cap. 11. *Tollite iugum meum super vos, & discite  
 à me, quia mitis sum, & humilis corde. &c.* 72. B  
 C. 23. *Ecce relinquetur domus vestra deserta* 37. B & 99. A  
*Si fuissetis in diebus patrū nostrorū non essemus  
 socij eorum in sanguine prophetarum.* 85. B

Index locorum Sacrae Scripturae.

*Implete mensuram patrum vestrorum.* 89. A  
 Cap. 28. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* 99. B

EX LVCA.

Cap. 1. *Erexit cornu salutis nobis.* 133. C  
 Cap. 9. *Vulpes foueas habent.* 141. B  
 Cap. 14. *Caperunt se excusare.* 18. C  
 Cap. 22. *Respexit Dominus ad Petrum.* 140. A

EX IOANNE.

Cap. 1. *Et sui eum non receperunt.* 33. A  
 Cap. 6. *Queritis me, non quia vidiistis signa, sed, quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* 76. C  
*Seruus non manet in domo in aeternum.* 97. B  
*Semen Abrahae sumus, &c.* *ibidem.*  
*Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum.* 156. B  
 Cap. 8. *Vos ex patre diabolo estis.* 35. C. 40. A  
*Qui facit peccatum seruus est peccati.* 50. A  
 Cap. 9. *Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius?* 90. C  
 C. 10. *Et alias oves habeo, quae non sunt de hoc ouili.* 33. B  
 Cap. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, &c.* 46. A  
*Qui amat animam suam perdet eam.* 109. B  
 Cap. 15. *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* 92. C  
 EX ACTIS APOST. Cap. 8. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti donum Dei posse pecunia possideri.* 62. C. 63. A  
 Cap. 13. *Vobis oportebat primum predicare verbum Dei, sed, quia repellitis illud, &c.* 39. C

Cap.

Index locorum Sacrae Scripturae.

- C. 17. Factū est, ut oēs anima euaderēt ad littus. 108. B  
 Miste eos in interiorem carcerem, & pedes eorum  
 strinxit ligno. 116. B  
 Ex D. Paulo. ad Rom. cap. 1. Tradidit illos Deus  
 Deus in desideria cordis eorū, in immūritiā. &c. 80. A  
 Cap. 5. Corpus enim mortuum est propter peccatum. 50. A  
 c. 6. Humanū dico propter infirmitatē carnis vestrae. 123. B  
 Quia vetus homo noster sic crucifixus est, ut des-  
 truatur opus peccati. 71. C  
 Cap. 11. Sed illorum delicto salus est gentibus, ut  
 amulentur, quod si delictum eorum diuitia sunt  
 mundi, & diminutio eorum diuitia gentium,  
 quanto magis diuitia eorum. 27. C 28. A  
 1. Cor. 7. Sanctificatur vir infidelis per mulierē fidelē. 82. C  
 Cap. 10. Et omnes eundem potum spiritualem bibe-  
 runt, bibebant autem de spirituali consequente  
 eos petra, petra autem erat Christus. 45. B  
 2. Cor. 12. Ne iterum cū venero humiliet me Deus. 51. A  
 Ad Philippen. 2. c. Liberavit vos de potestate spi-  
 rituum malignorū, ut veluti fugatis de itinere  
 crudelib⁹ hostib⁹, dū mors carnis interuenit. &c. 100. C  
 Ad Colos. 1. c. Et vos, cum essetis aliquando alie-  
 nati, & inimici sensu, & operibus malis &c. 36. A  
 2. Pet. cap. 3. Patienter agit propter vos nolens ali-  
 quos perire, sed eos ad pœnitentiam verti. 8. A  
 Apoc. 3. Tene quod habes. 25. C. 26. A  
 Apoc. 5. Vidi, & ecce in medio throni, & quatuor  
 animalium, & in medio seniorum agnum stan-  
 tem, tanquam occisum. 152. A

Index locorum Sacrae Scripturae finis.

INDEX

# INDEX RERVM

QVÆ IN HOC COMMENTARIO  
in Orationem Hieremiæ con-  
tinentur.

*Numerus Paginam. Lit. lineam designat.*

<b>A</b> BRAHAMO Isaccum volenti per- cutere adstitit Angelus.	p. 23. B
Abſalon ingreditur ad concubinas patris ſui.	68. A
Absentia boni malum præſens.	131. A
Acanthos ſolem inſequitur.	21. C
Adamas ferrum frangit.	9. A
Aduerbia duplicant hebræi.	155. A. B
Ægypto dare manus, quid ſit?	78. B. C
Ab Ægypto exire, quid? ibidem.	
Ægyptus grauiori ſemper plaga percuffa.	137. B
Ætas perpetua, quid ſit?	159. B
Alieni apud Iudæos, qui ſint?	p. 26. B. C
Alienigenæ ibidē cū ſeqq. & 35. A. B. C. & 36. A. B. C.	
Alophili incircunciſi.	29. B
Aman ſuspenditur in patibulo Mardocheo pa- rato.	67. C
Amor ex odio.	109. B. C. & 110. A
Amor occidens.	110. C
Amor ex oculis probatus.	150. A

Anima

## Index Rerum.

Anima pro vira.	103. B. C. & 107. A. B
Anima Dei Christus D.	108. A
Animam portare in manibus.	ibid. C. & 109. A. B
Anima iusti, quomodo per peccatum vidua.	48. C
Peccato obumbratur.	49. B. C
Anima iusti sanctuarium Dei.	142. A. & 144. C
Aquæ flagellum Dei in homines, & postea re- medium.	p. 43. A
Aquam pecunia emere, quid sit?	56. A. B
Aquæ populi.	55. A.
Sacra Scriptura.	56. A. & 57. A
Doctrina Evangelica.	56. A. B
Aquæ amaræ versæ in dulcedinem.	p. 59. B. C
Aquæ lædunt improbos, & tuentur probos.	ibidem. C
Hominum sententiæ per aquas.	58. C
Aqua brevis egestatis signum.	ibidem. A
Auri cupiditas, quantum noceat.	63. B. C
Baalam conductus ad maledicendum benedixit Israel.	67. A
Babylonij. dominati Iudæis per ducentos annos.	26. A
Illos ad indefatigabilem laborem cogebant.	70. A
Babylonij serui.	96. A
Betlehem, vbi Rachel sepelitur.	34. A
In ea Christus Dominus natus.	ibidem.

### C

<b>C</b> aini homicida in desperationem cadit.	137. B
Caro Christi D. semper vnita verbo.	143. B
Cham seruus, & filij eius.	94. A
Charitas non extinguitur aquis.	59. B
Chorus pro multitudine canentium.	132. C

Choro

## Index Rerum.

Choro non interesse, quale crimen?	ibidem.
Christus D. in cruce affixus victoria nostra.	6. B
Christus D hereditas derelicta à Iudæis.	28. C
Politus in lignum contradictionis.	30. A. B
Transfert principatum suum à Iudæis, in gentes.	ibid.
Cruci affixus, vbi Adam sepultus.	46. B
Non occisus, sed tâquam occisus, quare dicatur.	152. B
Nascitur pauper.	46. C
Palam moritur, & resurgit priuatus.	ibid. & 47. A
In eo omnes gentes benedicenda.	55. B
Per fontes designatus.	ibidem C
Christum Iudæi patibulatum dicunt.	113. C
Christianorum peccata grauiora.	113. B
Comædijs assistere improbat D. Ioânes Chrysol.	130. A
Conuersio vera, qualis, & quid requirat.	158. A. B. C
& 159. A. Cor hominis veluti acanthos.	21. C
In medio illius est.	138. C
Cordis pij, & prauis dissimiles epulæ.	77. C. 78. A
<i>Cornu</i> pro <i>Corona</i> .	133. C.
Corona gloriæ Christus D.	134. A
Corona prælatorum, qualis?	134. B
Corona, infusa charitas.	ibidem.
Corona capitis, prælati sunt.	ibidem.
Corui à parentibus deserti, pascuntur rore cælesti.	41. C
Gentilitatis filios designant.	ibidem. & 42. A
Crimen publicum grauius.	121. A
Crudelitas Babyloniorum in Iudæos.	116. B.
Crux solium Christi D.	152. A

D

D	Athan, & Abyron aborti à terra.	123. C
---	---------------------------------	--------

## Index Rerum.

Dauid á multis insectat <sup>o</sup> . 29. C. Paritur adulteriũ. 67. C	
Deus non deserit nisi deserentes se.	6. C
Accomodat se nobis, & quomodo. <i>Ex Tertul.</i>	7. A
Cur videatur deserere iustos in presenti. <i>Ex Beda.</i>	8. C
Paratus semper inueniri, á quærentibus se.	13. C
Ad puniendũ tard <sup>o</sup> . 17. B. C. Diues misericordia. 18. B	
Thesaurus absconditus in carne Christi.	28. A
Affertor, & defensor pupillorum, & viduarũ. 40. & 41.	
Pauperum tutor.	43. B. C
Fingit laborem in præceptis suis, vt amplius remuneret.	73. A
Punit per eadem media, per quæ homo peccat. 75. A	
79. B. 121. C. 122. A. Deus animæ vita.	110. C
Deus hominum vasa in melius commutat.	124. A
Deus medicus est.	158. C
Dextera Dei est filius Dei.	6. A
Diabolus iustorum seruus.	102. B
Diuitiæ sodomitica poma.	124. C. 125. A
Idolum auari. ibidem. Vanitas. ibidem.	
Dolor maximus sensum euertit.	74. B
Debitus pro solis rebus spiritualibus amissis.	145. B

### E

<b>E</b> cclēsia catholica sponsum præcipuit Synagoga.	68. C
Habet aquas, quæ á peccato mudent.	61. C
Ecclesiasticæ personæ sunt Ecclesiæ cor.	138. A
Eliæ pallium diuidit aquas.	59. B
Episcopus Pergami commendatur.	82. A
Excusationes apud Iudæos assuetæ.	85. B
Exempla peccantiũ, quantũ noceant. <i>Ex Tertul.</i>	134. C



Index Rerum.

F

<b>F</b> Amem acerbissimam patiebantur Iudæi.	104. A.
Fame tabescens denigratur.	105. B. C.
Filij parentum scelera sequuntur.	123. A.
Quomodo puniantur propter peccata parentum.	88. A. B. 89. C. 90. A. 119. A. C.
Filij superbi venundant hereditatem paternam seruis suis.	100. B.
Finis impiorum brevis.	92. B.
Fædus mutuo cruore sacratum.	84. A.
Fortitudo Israel vituli similitudine, quare expressa?	66. C.

G

<b>G</b> Entiles filij Cham.	95. B. 66. C.
Giesi symoniacus.	61. C.
Lepa percutitur.	62. B.
Gratiæ diuinæ suauitas, & efficacia.	156. B.
Græci alios à se Barbaros dicebant.	29. A.
Gula malorum omnium radix.	64. C. 65. A. B.
Gulosi, quasi irrationabiles. ibidem.	& 66. A.

H

<b>H</b> abitare cum impijs periculosum?	81. C.
Hereditas Christianorum, qualis.	25. B.
Cælestis patria. ibidem. C.	Terra Iudææ. 26. A.
Hereditas Christi duplex.	28. B.
& 35. B. 36. A.	
Anfertur à Synagoga, & traditur gentibus.	30. C. 33. A.
Hierosolyma quater euersa.	5. A.
Homines effaminati mulieres dicuntur.	118. A.
Humiliare pro exercitio luxuriæ.	111. B. C. 112. A.

## Index Rerum.

### I

<b>I</b> acob deludit Ifaccū. 67. B. Deluditur à labano. ibid.	
Non acquirit primogenituram per vocem, sed per manus. ibid. Idolatria Iudæorum punita. 117. A	
<i>Iehouah</i> nomen Dei ineffabile illius explicatio.	11. A. B. C
Ieiunium post baptismum inductum.	64. B
Ignis sacer symoniacis manibus extinctus.	63. A
Impij pro alienis. 37. A. Fænum sunt.	145. C
Inpositum loco <i>pro</i> . 53. C. Ioseph. additio Dei. 39. B	
Illo viuento non dicuntur filij Israel creuisse.	47. A
Illo mortuo multiplicati dicuntur.	47. B. 80. C
Ira Dei, quando grauior.	155. C
Israel primogenitus, non vnigenitus.	98. B
Iudæi, quare potius alienati, quam alieni.	35. C
In deserto non comederunt solum manna.	60. C
Traditi <i>Ægyptiorum</i> manibus.	76. B
Se solos dicebāt liberos. 97. B. Illorū dom <sup>o</sup> deserta. 99. B	
Suspensū manu hostium, probabilius.	113. A. B
Iuramentum per oculos solenne.	44. B
Iusti per palmam significati.	145. C

### L

<b>L</b> abor suavis, & fectus in lege Dei.	72. B. C
Lachrymarum uis in D. Petro ex D. Am- brof.	22. B. C. & 23. A. B.
Lachrymæ pro peccatis torrentes sunt.	48. A
Lex gratiæ Margarita pretiosa.	28. A.
Aboleuit legem veterem.	34. C
Lya infirmis oculis Synagogam referebat.	31. A. B. C
Lignū pro cruce. 116. A. Loth ducitur captiuus. 82. C	

## Index Rerum.

### M

- M** *Ajim* in singulari aliquando vertitur. 54.B  
 In hebræo semper in plurali. ibidem.  
 Manus potentiam designat. 75.C. 76.A.B  
 Maria Virgo primo adit Elisabetham. 127.C  
 Thronus Dei est. 152.C.  
 Medicus peritus Deus est. 64.B. *Minari* pro *agi* 69.C  
 Misericordiâ Dei in puniendo. 14.B. 15.A. cum seqq.  
 Insignis in pupillos, & viduas. 40.A.B 41.B.C.  
 Molere apud Hebræos quid sit? 115.A B  
 Montes dignitates, & prælaturæ sunt. 42.B. 44.A  
 Periculis pleni. ibid. Dæmonû delubra designât. 58.B.C  
 Mors animæ vita peccatrix. 110.C  
 Mors Christi scandalum Iudæis. 143.B

### N

- N** Aid commotio. 73.B.  
 Negatio D. Petri ex suggestione diaboli  
 per os ancillæ. 22.A. Noe typus iustitiæ. 71.A  
 Illius tempore peccata submersa. ibidem.B.  
 Nomina Dei varia. 12.C  
 Quædam per proprietatem, alia per similitudinē. ibid.  
 Nomen Dei per litteras quiescētes, quid denotet? 72.B  
 Nummi signati agno. 60.B

### O

- O** blitio quomodo dicatur de Deo. 4.A.B.C  
 Oblitus videtur Deus, cum nos in misere-  
 rijs constituit. ibid. Ochozias reprehenditur. 83.A  
 Oculi impudentes non habent pupillas, sed me-  
 retrices. 44.C. Simplicitatis indices. 150.B  
 Clausi, & aperti, quid referant? 150.C

Odium

## Index Rerum.

Odiū ex amore natum.	109. B. C. & 110. A
Odiū vitam præstans.	ibidem. C.
Opera per manus designata.	67. B
ORIENS Christus D.	57. A
Orphanus non idem, atque pupillus.	38. B
P	
<b>P</b> anis arctus egestatis signum.	58. A
Panis pro rebus omnibus.	76. C
Patria iustorum non est præsens vita.	8. B
Peccator quomodo desinat esse per peccatum.	91. C
Peccator aliū Deum sibi proponit per peccatū.	121. C
Peccator per peccatum vertitur in luctum, & spoliatur omni gaudio.	133. A
Peccatum occidit peccatorem.	49. C. & 50. B. C
Est contra peccatorem, sed in Dei commodum, quomodo sit intelligendum.	50. A
Oblitum facit peccatorum.	51. B
Brutis illum assimilat.	51. C
Designatum in plumbi talento.	51. A
Illius effectus in ipsis elementis.	52. B
Etiam inanimata deformat, & immaculat.	52. B. C
Germinat amaritudinem, & fel.	52. C. 53. A
Punitur à Deo pœna simili.	65. A. 67. B. C. 120. C. 121. A
Peccatum populi dicitur peccatum maiorum, ac principum.	85. C
Peccatorum pondus grauat nimis.	118. B
Ad aliud peccatum trahit.	137. A
Peccata sequentia pœnæ sunt antecedentium.	122. B. C
Peccati grauitas accrescit ex qualitate personæ.	135. A

## Index Rerum.

Petra percussa dat aquas.	45. B
Petrus fiendo, & tacendo visus á Christo D. re- uertitur.	22. B
A Christo D. admonetur.	150. A
Quare fleuerit, & non loquutus fuerit?	23. A
<b>Q</b>	
Quarta persecutio Hierosolymæ durabit vsque ad finem mundi.	5. B
Quasi pro veritate positum, & non tan- tum pro similitudine.	38. A
<b>R</b>	
Rachel Ecclesiæ catholicæ typus.	33. B
Mortua in terra Chanaan.	ibid. C
Sepulta in Betlehem. 34. A. Furata idola Patris. 99. A	
Repetitio eiusdem verbi affectum indicat.	19. C
Requies vera in operibus iustitiæ.	70. C
Rex corona populi.	131. B. C.
<b>S</b>	
Sacerdotes impij arguuntur.	56. A
Salamandra non vritur flammis?	9. B
Saul á Phylistiis occiditur.	67. C
Scriptura sacra hæreditas Christianorum.	25. B
Sanedrim iudicium Senatorum.	131. C. 132. A
Senectutis laudes vnde desumptæ?	125. B. C
Senectus bona, qualis. 128. B. Quæ venerabilis. 128. C	
Senes honorandi.	ibid. B. C
Senes non reuereri, quale crimen?	127. B
Senes, qui insaniant?	130. A
Senum peccata grauissima.	135. A. B. C
Serui multiplex acceptio.	93. C. 94. A


Seruitudo


## Index Rerum.

Seruitudo grauissima, qualis?	97. C
Seruitus peccati, qualis?	100. C. 101. A. B. C
Societas iustorum utilis.	82. B. C
Societas per dexteræ applicationem designata.	83. C
Solum Dei permanens.	151. A.
Quale sit & dicatur?	ibid. B. C.
Spes in Deo semper habenda, etiã ab insignibus peccatoribus.	18. A
Symon Magus symoniæ auctor, qualis.	61. A
Symoniaci spiritualia vendunt.	57. C
Deteriores sunt hæreticis, quomodo?	ibidem. B
Symonia infamis est.	61. A. B. Ipsa est hæresis. 62. B
Symoniaci manibus diuina elabuntur.	62. B
Synagoga per Liam.	31. A. Per illum, qui habebat manum aridam. ibid. Umbra legis gratiæ. 32. B
Per adulterium, & homicidium offendit virũ suũ.	39. B
<b>T</b> emplum senectutis.	126. A. Thronus Dei cælum. 151. C. Thronus Dei anima iusti. 153. A
Tractio suavis gratiæ.	156. B. C.
Tribulatio medicamentum est non pœna.	158. C
<b>V</b> exatio animi conducit ad resipiscẽtiam.	159. A
Victoria, quæ sit præclara.	153. C
Vidua, quæ sit?	38. B. Vindictã obliuiscitur Hieremias. 19. B. Vindictã publici peccati sacrificium Deo gratissimum. 121. B.
Vir iustus per Adamantem.	9. A. & quare? ibid.
Idẽ per Salamadrã.	ibid. B. Virginũ est erubescere. 44. C
Vitæ huius miseriæ breues.	154. A. Umbræ maiores, dum apparent, peritura bona delignant. 81. B


*Index Rerum finis.*




















LACER  
SACER  
CHRIS



NI

Sala R  
Gab.  
Est.  
Tab. 12  
N.º 22